18 Hd

Abd al Latíf bnu Yúsuf bnu Muhammad bnu Alí...
al Baghdádí

ABDOLLATIPHI

HISTORIÆ ÆGYPTI

COMPENDIUM,

ARABICE ET LATINE.

PARTIM IPSE VERTIT, PARTIM A POCOCKIO VERSUM EDENDUM CURAVIT,
NOTISQUE ILLUSTRAVIT

J. WHITE, S.T.P.

ECCLES. GLOCESTRIENSIS PRÆBENDARIUS, ET LING. ARAB. IN
ACADEMIA OXONIENSI PROFESSOR.

OXONII:

TYPIS ACADEMICIS, IMPENSIS EDITORIS;

PROSTAT VENALIS APUD J. COOKE, HANWELL ET PARKER, OXONII;
J. WHITE, FLEET STREET; D. BREMNER, STRAND;
ET R. FAULDER, BOND STREET, LONDINI.

1800.

B 7

HISTORIÆ ECCLESIASTICÆ

ABDOLLATIFI

Syriac: 65

HONORABILI

GULIELMO SCOTT

EQUITI AURATO,

VIRO

OLIM IN ACADEMIA,

NUNC IN FORO ET REPUBLICA,

SPECTATISSIMO;

QUI JURISPRUDENTIÆ DISCIPLINIS SEVERIORIBUS

STUDIA HUMANITATIS ET LITERARUM

ELEGANTISSIME CONSOCIAVIT;

EIDEM

OB INGENII CANDOREM,

FIDEM, ET PROBITATEM,

BONIS OMNIBUS ACCEPTISSIMO;

HANC

ABDOLLATIPHI EDITIONEM,

CUM GRATI ET DEVINCTI ANIMI

LIBENTISSIMA SIGNIFICATIONE,

DICATAM VOLUIT

JOSEPHUS WHITE.

19 +

COLLEGIO SCOTT

PRÆFATIO.

ÆGYPTUS, cujus Hiſtoriam ſibi quam tractaret Abdollatiphus propoſuit, cum a multis luſtrata ſit peregrinatoribus, fideliter eſt, neſcio quo fato, a perpaucis deſcripta. Res tamen in ſe perquam raras, atque, ut ita dicam, miracula ſua et propria, a multis retro ſeculis in hunc uſque diem, nunquam non jactitavit. Nilus, ſcilicet, qui pinguia per arva flumine effuſo devehitur; Pyramides porro, immenſa illa artis monumenta; miræ denique Soli qualitates, atque inſolita Plantarum et Animalium genera; non ſpectantium modo, verum etiam legentium, cum ſtupore quodam animos percellunt, tum oblectatione liberali ac ſuavi capiunt et deliniunt.

Hancce

Hancce per regionem ABDOLLATIPHUS, Naturæ et Antiquitatis cognoſcendæ cauſa, iter fecit. Talis autem tantuſque amor doctrinæ comparandæ, ſcientiæque priſcarum rerum atque artium conſequendæ, animos Europæorum, qui tum temporis peregre irent, vix, aut ne vix quidem, ullos unquam videtur ſubiiſſe. Homines nempe haud temere alia de cauſa Orientis litora inviſebant, niſi ut ſacræ ſigna militiæ tuerentur, aut peregrinationem, quæ eſſet pietatis ergo ſuſcepta, fauſte atque auſpicato peragerent.

Quæ florentibus jam Græciæ Romæque rebus Herodotus, Strabo, Plinius, atque alii prodiderunt memoriæ de conditione Antiquitatum Ægyptiarum, ea ſunt doctiori cuique probe cognita atque explorata. Parum me fugit, recentiora quædam extare de Ægypto teſtimonia. Ex Anglia nimirum Galliaque et Dania, jam inde a principio hujus ſeculi profectus eſt unus et alter, qui venerabiles illas Antiquitatis reliquias ſumma cum cura ſtudioque inveſtigaret. At vero qualis in Ægypto eſſet rerum ſtatus, per *Media*, uti aiunt, *Secula*, quo ſe modo habuerint urbes regioneſque, qualem ſemeſa illa

et

et nutantia monumenta faciem præ ſe tulerint, nulla ſe adhuc obtulerat plene accurateque inveſtigandi occaſio. Nimirum ante Geographiam Abulfedæ editam, deliteſcebat in tenebris, quicquid eſt de Ægypto Arabice ſcriptum.

Quod a doctis jam olim deſiderabatur, id nos, meliori uſi fortuna, tandem aliquando conſecuti ſumus. Bona ſcilicet et exquiſita Arabicorum librorum copia nobis eſt in manu. Hæc autem inter ſcripta primas ſibi vindicant ABDOLLATIPHUS et MACRISIUS; varietate hic quidem et copia, eruditione vero ille et ſagacitate, inter eos qui de rebus Ægyptiacis ex profeſſo egerint, longe præſtantiſſimi. Quin egregium hoc et peculiare contigit Abdollatipho, ut ſub ipſa ſummi Imperatoris tutela et præſidio in Ægypto diu commoraretur. Vacabat utique a curis moleſtiiſque, quæ Europæi cujuſvis peregrinatoris mentem ſolent angere et diſtrahere. Perfacilis ei et perjucundus patebat aditus ad ea omnia inveſtiganda, quæ ſunt difficultatibus periculiſque graviſſimis impedita, quominus illa aut aggrediantur Europæi perſcrutenturque, aut etiam oculis leviter et raptim percurrant. Alia tum erat longeque

pulchrior

pulchrior rerum ipſarum in Ægypto facies. Inde fit, ut in præclaro Abdollatiphi Opere, quaſi poſitas ob oculos habeamus, hinc Pyramides, antequam decantatis illis Hieroglyphicis characteribus denudatæ eſſent, illinc Memphin (cujus etiam de ſitu nunc ambigitur) tectis muriſque ſemirutis jam tum exornatam, et pæne ab ipſo tectorum ſqualore et vetuſtate deſerta magis venerabilem, atque adeo magis jucundam.

Tanta cum ſit ſcriptorum ſeges, tamque latus ſe campus ad inveſtigandum præbeat, quotus eſt quiſque qui dubitet, plurimum poſſe monumenta illa litcrarum Orientalium prodeſſe ad totius hiſtoriæ Ægyptiacæ cognitionem? Multis autem nominibus, ſua ut in hiſtoria perlegenda immoremur, jure optimo poſcit Abdollatiphus: qui ſane quo ſæpius rerum, quas tractet, oculatus teſtis extiterit, tanto neceſſe eſt, a veritate propius abfuerit. Enimvero qui opus ejus egregium cum aliorum ſcriptis ſedulo contulerit, diligenterque ſecum reputaverit, quam arcta inter ſe neceſſitudine contineantur optima quæque ad mores arteſque ſpectantia, ſcientiæ is non rivulos quidem

quidem conſectari, ſed ad fontes videtur ipſos feliciſſime accedere.

Editionem hancce quo conſilio ipſe ſuſceperim ſi quis quærat, id me in primis velle confiteor, ut expectationi quæ eſſet jam olim a viris duobus in ſtudiis hujuſcemodi primariis excitata, pro ingenii mei modulo ſatisfacerem. Annos pluſquam centum defluxiſſe conſtat, ex quo Pocockius Jun. ad Hiſtoriam Abdollatiphi Latine vertendam ſe accinxerit. Cum prope jam eſſet, ut opus, ad quod diu incubuiſſet feliciterque, duceret ad umbilicum, pater ejus, quo quidem auctore uſus fuerat et ſocio, exceſſit e vita. Hæſit continuo Pocockius ad ipſas pœne metas; eundemque in campum qui deſcenderet, ante HUNTIUM repertus eſt nemo.

Verbis diſertis auctor nobis eſt HUNTIUS, plenam fuiſſe Verſionem Latinam a Pocockio confectam; ſibi eam ab ejuſdem filio ſuperſtite dono datam eſſe; inque χειμηλίοις ſuis jam tum, cum propoſitum Abdollatiphi edendi ſuum exponeret, aſſervari. Præterea amicis, ut illam prelo ſubjiceret paullo acrius inſtantibus promiſit, et prope confirmavit, ſe,

quod rogarent, facturum esse. Dolendum est profecto, Virum istum eximium propositi sui parum fuisse tenacem, cum judicio præditus esset acri et subacto, literisque reconditis et interioribus cumulatissime ornatus.

Quid in causa fuerit cur laboris sui rationes passus sit interpellari, ne fando quidem accepimus. Liquido autem patet, opus fuisse illud ab HUNTIO non editum; quod comperto tamen habeo, et voluisse eundem exigere, et numeris omnibus absolutum perfectumque, si quis alius, potuisse.

Ad POCOCKII Versionem quod attinet, fidem ego meam præstare ausim, summa illam esse elaboratam industria, et ingenio perfectam. Ipsum constat HUNTIUM ea de re idem tulisse judicium: eique quicquid in Arabicis Latinisve literis placuerit, suo oportet in genere esse exquisitum. Casu autem, an consulto factum sit, ut *plena* ista Versio Abdollatiphi, ab HUNTIO tantopere laudata, evanuerit, sitque in tenebras penitus abstrusa, non habeo quod dicam.

Ipse

Ipſe olim Pocockius Verſionem ſuam edere cœperat. Conſilium mox mutavit, cum ad Caput uſque quartum perveniſſet. Hanc Operis partem, nulla mutatione facta, prelo eſt mihi viſum de integro ſubjicere. Plura autem cum ſupereſſent, quæ ab alio quopiam deberent verti Latine, illam noſmet-ipſi partem pro virili explevimus. In poſterioribus quidem capitibus, quia rerum geſtarum narrationem exhibebant, idcirco non dubitavimus interpretandi genere uti quod ſit paullo liberius; in reliquis vero ſtatuimus, quantum fieri poſſet, Abdollatiphi verbis eſſe inſiſtendum, quo aſtrictior et religioſior eſſet noſtra interpretatio. Quare ſi oratio noſtra concinnitate atque elegantia ſeſe Lectori minus commendaverit, juſtam putamus facile nos habituros eſſe neceſſitatis excuſationem. Norunt ſcilicet æqui rerum æſtimatores, quantum a dicendi genere quale Europæorum ſit, diſtet id, quo Orientis populi utuntur, quamque ſit difficile, hoc probabili quadam ratione in illud transfundere.

Inter ea quæ via ac ratione traduntur, ſuas quaſdam leges ars Interpretandi habet, et ſuas veneres. Quo autem ex fonte illæ hauriantur, optime ab iis

intelligitur, qui ſunt uſu aliquo perinde ac doctrina imbuti. Qui in hac arte præclari evaſerint, eorum mihi videtur Pocockius Sen. facile eſſe princeps; Schultensius autem in ſecundis conſiſtere; ita tamen ut primo (id quod Quintilianus pulcherrime de Virgilio dicit) propior ſit quam tertio. Hos ego duces, quantum in me fuit, etſi paſſibus haud æquis, et intervallo ſatis longo, ſecutus ſum. Fucos ſane orationis et cincinnos, ut qui ineptiſſimi ſint in interprete, ſedulo evitavi. At verbum de verbo reddere, id demum eſſe arbitrabar, aut "ſtre-"nuæ cujuſdam inertiæ," aut "diligentiæ obſcuræ." Via has inter media ferme, quam ſequerer mihi propoſita, Verſionem meam quam potui diligentiſſime concinnandam ſuſcepi: (ita tamen, ut amicos, qui Linguæ Arabicæ periti eſſent, haud puduerit de locis difficilioribus conſulere) quam poſtea Vir feliciſſimo ingenio præditus, et literis elegantioribus inſtructiſſimus Samuel Parr, puritati tantum ſermonis conſulens, pro ſua erga me benevolentia limavit atque expolivit. Quinetiam aliis in partibus hujuſce Operis eidem Viro doctiſſimo me plurimum debere lubens confiteor.

Conſilium

Conſilium Abdollatiphi edendi cum primo inirem, fore mihi in votis erat, ut duorum intra ſpatium annorum extremam ei manum imponerem. Iſta vero opinio falſum me idcirco habuit, quod moleſtiis diu fim graviſſimis implicitus, et aliis in operibus, quibus conſortium quoddam cum ſtudiis hiſce meis intercederet, nervos omnes intenderem. Quare cum ſenſi opus quale animo deſignaveram, non cura levi et defunctorie profligandum eſſe, librum minoris formæ quindecim circiter abhinc annis excudendum curavi, qui Textum Arabicum exhiberet, Verſione ac Notis deſtitutum; iis quidem ſubſidiis in hancce majorem Editionem, quæ jam tandem aliquando in lucem prodit, reſervatis. Ea autem minor Editio, quæ mihi certe utpote paullo mendoſior nequaquam placebat, in lucem emiſſa eſt Tubingæ, præfante H. E. G. Paulo, viro his literis apprime inſtructo, et Linguarum Orientalium in Academia Jenenſi Profeſſore: qui me multis precibus impulit ut exemplaria impreſſa, qualia qualia erant, Eruditis Germanis non inviderem. Abdollatiphi interea, ſi minutatim a me et gradatim Verſio ſit facta, veniam, uti ſpero, ab iis impetrabo, qui norint pectora eſſe noſtra non ita ferrea,

ferrea, " duas ut curas commode admittant ac " ſuſtineant."

Opuſculum hoc meum, quantulumcunque ſit, non eſſe magnæ mentis fœtum lubens confiteor. Eſt tamen in eo aliquis uſus, qui mihi, quin in laudem ceſſurus ſit, quid tandem cauſæ eſt cur dubitem? Sane quidem mea intereſt, nullis non laboribus perficere, ut me Amici, quos dubiis in rebus fidos identidem expertus ſim, memorem gratumque exiſtiment. Illorum me beneficiis devinctum eſſe adeo confiteri non pudet, ut in hac ipſa re ſoleam gloriari, vehementerque gaudere. Illi debent vel in primis, quaſi Munificentiæ ſuæ in me fructum, Abdollatiphi hancce Editionem ſuo prope jure a me repetere.

Quantum ſit id, quod a me fuerit in Arabicis, Syriacis, Perſiciſve literis adhuc præſtitum, penes alios judicium eſto. Ipſe quod præ me feram, id omne huc redit; nihil ſcilicet fore mihi prius antiquiuſve, quam ut Beneficiis tot tantiſque, quæ in me collata ſint, poſſim haud indignus et eſſe et videri. Faxit Deus Opt. Max. ut Academiam, quæ me

me non modo jacentem ſuſtulerit, ſed honoribus etiam auxerit, foveam, dum vixero; famæque ejus, quantum in me fuerit, colendæ, aut etiam, ſi res tulerit, aliquantulum ornandæ, nunquam mihi voluntas deſit.

HENRICI E. G. PAULI *Præfationem, cujus ſupra facta eſt mentio, cum plura habeat ad notitiam Codicis MSti. unde expreſſa eſt noſtra Editio, pertinentia, non indignam quæ hic repetatur putavi. Quæ vir optimus de nobis paullo honeſtius dixerit, ea pro ejus benevolentia et amicitia erga nos magis quam pro noſtri ingenii modulo, dicta velim Eruditus lector accipiat.*

IN Germaniam Abdollatiphum dum prodire ſino, me quidem ipſe eo, quo ſæpius memori mente exſpatior, in Angliam nempe revocare videtur, unde poſt utiliſſimam et jucundiſſimam moram diſcedenti mihi eximius hic ſcriptor Arabicus itineris comes adjunctus fuerat. Tale nimirum ſuæ

in me benevolentiæ ſingularis teſtimonium ac pignus extare voluit Vir, cujus in amicitiam a Cel. Prof. *Schnurrer*, multis nominibus dudum mihi venerando, optimis auſpiciis introducebar, Vir inquam connata ingenii felicitate, doctrinæ copia et liberalis animi candore æque clarus ac inter ſuos popularis, Cel. *D. Joſeph White*. Is enim cum in Perſicis de hiſtoria Timuri edenda bene meritus fuiſſet, e Syriacis vero Philoxenianam Verſionem Evangeliorum, cui et alteram eamque rariorem partem, Acta ſcilicet et Epiſtolas, additum iri ex ore Ipſius ſperamus, cum literato orbe communicaſſet, etiam Arabicas literas munere quodam ſuo ornare cogitans *Abdollatiphi Memorabilia Ægyptiaca*, multiplicis lectionis opus, ex unico, qui ejus extat, Codice MSto parare ſuſcepit.

Cujus libri ſplendidam editionem e prelo Clarendoniano jam nunc emiſſurus, plurium tamen deſideriis noluit Vir optimus Arabicum textum deeſſe, ibidem antea ſeorſim parabili hac forma excuſum, quo mediocri volumine extantioris ingenii juvenes harum literarum ſtudioſi, ad augendam linguæ ditiſſimæ cognitionem in iſta librorum Arabicorum

corum infrequentia et publica, ſi docentibus ita videtur, et privata lectione uterentur, quod vero ſimul velut rerum variarum a teſte præſente accurate et plerumque ſine mirificis illis, quas falſo orientales vocant, verborum ampullis deſcriptarum promptuarium etiam peritiores accipere non dedignabuntur.

Quo de conſilio literis his rarioribus tam proficuo pauca præfandi munus ego quidem a Cel. Editore, qui ſuo meum nomen hac occaſione data jungi amiciſſime voluit, lubens in me ſuſcepi, dubius hucuſque, an forte vernacula verſione ſeparatim edenda atque notis ſelectis illuſtranda lectio libri uſuſque ille Academicus expeditior a me reddi debeat.

Ex uno autem hoc ipſo amicitiæ, quam ingenuos inter Britannos experiri mihi contigit, documento, quam grata nunc atque optabili plurium in Anglia Virorum multis de cauſis peregrino mihi recolendorum, plurium rerum inde mihi lætiſſimarum recordatione perfundor? Vos enim ante oculos, Viri Celeberrimi iique, ut ab interioribus ani-

mi laudibus cognomen petam, Benevolentiſſimi ac Humaniſſimi! Vos ego, mente non disjunctus, ſive inter Muſas veſtras ſive in domeſtica illa felicitate, cujus teſtem me habuiſtis, videre mihi videor. Jam ab ore veſtro pendere, jam ambulare inter ſermones veſtros, jam otiari me vobiſcum rurſus mihi fingo. Scilicet tum, ut de Mæcenate *ſuo*, quem nominare verecundia vetabat, candidus Poeta,

—— *Deus nobis hæc otia fecit.*

Sed ad Abdollatiphum noſtrum mihi revertendum eſſe video. Poſſidet autem hujus libri unicum, quem extare novimus, Codicem manuſcriptum ſub ſigno *Pocock.* 230. Bibliotheca Bodleiana harum rerum copiis refertiſſima atque exteris etiam, prout id ego ipſe per plures menſes expertus ſum, antiqua fundationis lege quotidie patens. Elegantem ſcriptorem Arabem Ed. Pocock, cujus unius judicio illum ſatis commendatum omnes exiſtimabunt, ſelegerat, a filio cum Latina verſione notiſque edendum. Sed parva tantum operis particula illo tempore typis excuſa Abdollatiphus hucuſque delituit, nonniſi privatam Eruditorum quorundam diligentiam exercens.

Scriptum

Scriptum eſt exemplar illud Bodleianum tribus quatuorve ſeculis non antiquius in charta bombycina, forma quadrata, charactere nitido et diſtincto, paginis 134. Abdollatiph, qui in titulo libri filius Joſeph, fil. Mohammed Bagdadenſis nominatur, medicus erat, pro modo gentis ſuæ varia lectione rerumque diverſarum peritia inſtructus. Fidum denique et curioſum eorum, quæ viderat, ſcriptorem ipſa libri lectio indicabit, de cujus forma et conſilio in præfatione Arabica, Codici præfixa, ſed præter ea verba nihil niſi tritas Arabum formulas continente, hæc fere expoſuit:

" E libro meo de rebus Ægyptiacis in tredecim
" Sectionibus prius finito, viſum mihi eſt, caſus
" quoſdam novos luculentioraque monumenta ex-
" cerpere coram ſpectata, quæ quidem majorem in
" narrando fidem habent majoremque excitant ad-
" mirationem. Reliqua enim præter hæc in libris
" veterum inveniri poſſunt, ſive conjuncta ſive
" diſperſa. Duas vero eas Sectiones, quibus, quæ
" a me obſervata ſunt, enarrantur, avulſi eaſque
" hoc libello in duas partes ita digeſſi, prout,
" nunc demendo, nunc hic ibi addendo res ipſa id
" exegerat.

" exegerat. Spero, fore, ut gratioſe recipiatur,
" dum eum obtulero Moderatori rerum, Antiſtiti
" ſeculi, Antiſtiti mortalium, Rectori cultus ſacri
" ex præſcriptis legis Iſlamiticæ, Chaliphæ Dei
" in terra ejus, et Metæ beneficii revelationis ejus,
" præſidi hominum in aperiendo eis juſſa Dei Opt.
" Max. interdictaque ipſius, Domino noſtro et
" Principi: *Alnaſer Ledinillæ* *, Imperatori fide-
" lium .... Id vero facio, ut ne ſuppreſſum
" maneat de nobiliſſimis ſcientiis quidquam, quod
" ad hiſtorias provinciæ ejus pertinet. Latent enim
" res nonnullæ ſubditorum ejus. Etenim longe
" ſunt remotæ."

De copioſiori vero opere, quod ſe ſcripſiſſe Arabs memorat, nullibi adhuc in Europæis Bibliothecis quidquam inventum eſt. Amplior, quam Cel. *White* inſtituit, libri editio typos nonnullis in locis ſecunda cura retractatos Latinamque tranſlationem exhibebit. Sed vereor, ne opus nonniſi iis,

* Chalipha Bagdadi regnavit ab an. Heg. 575—622. id eſt A. C. 1180—1225. v. Deguignes Geſchichte der Hunnen. Aus dem Franzöſ. überſ. von Dæhnert. VI. B. p. 398.

qui

qui nomen ſubſcripſerant, conſecratum extra fines Fortunatæ Inſulæ ſit raro proditurum.

His igitur, Lector Erudite, ſi libet, utere atque imprimis Editoris Genio boniſque Britannis mecum fauſtiſſima quævis apprecare.

Scripſi Tubingæ d. IV. Apr. MDCCLXXXIX.

VITA

ABDOLLATIPHI.

ABDOLLATIPHUS, Medicus, natus erat Bagdadi Metropoli regionis Eracæ, ſeu Chaldææ, anno Hejræ quingenteſimo quinquageſimo ſeptimo, qui anno Æræ Chriſtianæ milleſimo centeſimo ſexageſimo primo ex adverſo reſpondet. Patris nomen erat *Joſephus*; qui cum ipſe eſſet vir doctus, filium inſtituendum curavit univerſa illa doctrina quam ſuum poſſet ſuppeditare Bagdadum, tunc temporis ſedes Khalifarum ex familia Abbas, artiumque ac ſcientiarum ſchola. ABDOLLATIPHUS vero non ſatis habens opem illam quam urbs patria ſubminiſtrabat, experiri ſtatuit ſi quid fructus amplioris peregre profectus comparare poſſet. Ideo poſtquam plurimis peritis magiſtris operam dediſſet, nec ſolum Grammaticæ, Rhetoricæ, Dialecticæ, Hiſtoricæ, Poeticæ aliarumque elegantium atque utilium literarum ſtudia ab-

ſolviſſet, verum etiam Alcoranum et Legis Mohammedanæ dogmata probe noſſet, et præterea Artis Medicæ, quam profeſſurus fuerat, ſolida jeciſſet fundamenta; peregrinationem ſuſcepit anno Hejræ quingenteſimo octogeſimo quinto, cum ipſe viceſimum octavum annum ageret. Et primum quidem ad Moſulam Meſopotamiæ migravit, in qua urbe doctrinæ cui ſe deſtinaverat augendæ facultatem fore credidit, ſeque nonnulla ingenii ornamenta adepturum, quæ tunc cum maxime conſectaretur. Sed in hoc fruſtra fuit; quippe quod Moſula quantum ipſe animo concepiſſet, doctrinæ ſubſidia non ſuppeditaret. Rei Chymicæ ſtudium illic tunc temporis præcipue videtur floruiſſe, cui Arti nimium quantum operæ ſe impendiſſe ipſe arbitrabatur. Nihilominus, quanquam doctrina illa non placebat, non erat cur de hominum moribus quereretur. Quippe comiter illum excipiebant, honoribuſque quæſtuoſis ultro oblatis dignabantur. Ille maluit Prælectoris munus in quodam ex illorum collegiis, quo munere cum maxima cura et diligentia functus fuit, tum peritia atque ingenii viribus.

Anni ſpatium Moſulæ commoratus, Damaſcum Syriæ ſe recepit, ubi cum eruditis quamplurimis familiaritatem contraxit, et libros non paucos conſcripſit; in quibus eminet *Reſponſio ad Grammaticum Al-Kindi* de abſtruſis quibuſdam articulis inter ſe invicem controverſis: in qua diſputatione Noſter habitus fuit ſuperior.

Damaſco relicta profectus fuit Hieroſolymam, et audito

quod

quod magni nominis imperator Salahoddinus (vulgo dictus *Saladinus*), qui, occupato per vim Ægypti imperio, jam tum conabatur terram Sanctam expulsis Christianis recipere, castra posuisset in confinio Accæ (antiquitus *Ptolemaidis*), exercitum adiit, consilio salutandi magnum illum causæ Mohammedanæ defensorem; et simul (ut verisimile videri possit) ut ab eo peteret commeatum in Ægyptum, quo tunc erat profecturus, et nominis ipsius auctoritatis præsidio benigni apud populares hospitii fidem sibi faceret. Quoniam vero sub ipsum adventus ejus articulum imperator insigni clade a Christianis exceptus fuerat, jamque summa ægritudine animi propter istam calamitatem laboraret, aditu ad eum caruit. Verum enimvero, duces benigne illum excipiebant, et præ aliis Bohaddinus Ebn Shaddad, qui tunc officio Kadilisкir (seu Judicis Militaris) fungebatur, jubente principe, vitamque ejus postea conscripsit, quam olim cum Versione Latina publici juris fecit D. Albertus Schultens, Linguarum Orientalium Professor Lugduni Batavorum.

Hic Bohaddinus, fama Auctoris nostri jam antea Mosulæ audita, proceribus ex aula principis eum commendabat, et inter cæteros Al-Kadi Al-Fadelo, qui ultro pollicebatur, si iter in Ægyptum differret, ac Damascum reverteretur, se pensionem annuam illi ibidem solvendam præstiturum fore. Abdollatiphus autem respondit, sibi in Ægyptum proficiscendum. Unde Al-Fadel per literas eum commendavit procuratori suo in illa regione; qui hospitem Kahiræ excepit, domum præpara-

vit, eumque non ſolum pecunia ſerviſque inſtruxit, verum etiam principibus rerum politicarum adminiſtris in familiaritatem tradidit, qui pluribus muneribus aliiſque exiſtimationis ſuæ monumentis eum honorabant. Et quo illi benevolentia ſua eum proſequi non ceſſarent, Al-Fadel patronus, quoties ad Divanum (ſeu grande Concilium) Ægypti de rebus imperii ſcripſit, (quod decem fere diebus ſemel fecit) ſemper in fine literarum aliquo modo conteſtabatur quanti eum faceret.

Hæc fuit cauſa quare Noſter Ægyptum anteferret, nempe deſiderium quo ardebat tres viros viſendi; quorum unus erat magni nominis Moſes Maimonides, qui tunc illic degebat, Medicæ ſcientiæ aliarumque literarum fama florentiſſimus. Hic commoratus eſt, donec ſibi nunciatum eſſet Salahoddinum cum Francis inducias feciſſe, et rediiſſe Hieroſolymam; quod tempus admodum opportunum exiſtimabat principis ſalutandi; qui cum doctos homines magnopere amaret foveretque, mercedem triginta Aureorum in menſem, ex ærario Damaſceno illi tribuendum jubebat, quam poſtea filii ejus ad numerum uſque centenarium augebant.

Hac mercede ſatis ſibi placens reverſus eſt Damaſcum, ubi omne tempus atque operam doctrinæ augendæ conſecravit, cum alios aſſidue erudiendo, tum ſua ipſius ſtudia diligenter proſequendo, quæ jam medicis ævi antiquioris legendis impendebat, poſthabito Avicenna et recentioribus chymicis, quos

nuper

nuper parvi habuerat, etſi juvenis quam maxime fuerat illos admiratus.

In hoc genere vitæ perſtabat aduſque mortem Salahoddini, qui Damaſci diem obiit, anno Hejræ quingenteſimo octogeſimo nono. Poſt hoc, filiis imperatoris defuncti ſeipſum in tutelam tradidit, et cum illis in Ægypto aliquandiu verſatus fuit, illorum liberalitate ſatis amplo ſtipendio potitus, aliiſque plurimis favoris teſtimoniis ornatus.

Tandem, cum juvenes iſti principes exuti eſſent imperio Ægypti et Syriæ per avunculum Malek-Al-Adel, ab illorum miniſterio ſeſe removit, rediitque Hieroſolymam, ubi ad tempus aliquod conſiſtens, varii generis prælectionibus ſtudioſos docuit in magno Templo, nomine *Al-Akſa*, et libros plurimos conſcripſit.

Illinc, anno Hej. 604 Damaſcum tertia vice conceſſit, et ſede habitandi conſtituta in collegio ab Al-Aziz fundato, magnum habuit auditorum numerum, quos varias rei literariæ partes edocuit, ipſe Medicinæ peritia celeberrimus factus fuit, multos de illa facultate libros confecit, in eaque exercenda perquam utilem operam navavit.

Poſt hoc, iter ſuſcepit per Berrhœam in territoria Al-Rum (i. e. Græciæ, ita dictæ ab Arabibus ex quo imperium Romanorum traductum fuerat ad Byzantium) ubi plures annos vixit;

vixit; et cum urbes Syriæ, Aſiæ Minoris, et Armeniæ inviſiſſet, artemque apud aulas Seljukidarum atque Atabecarum exercuiſſet, (qui principes tunc temporis illis regionibus imperabant, quorum nonnullis dedicavit ea quæ tum conſcripſit) ſemel in perpetuum Damaſcum reverti decrevit, ibique conſidere. Cupiebat autem prius, Meccam ire peregrinator religionis ergo, et Bagdadum in tranſcurſu tangere, eo conſilio, ut nonnulla ejus opera Khalifæ Al-Moſtanſer-billah dono daret: ſed quamprimum Bagdadum adveniſſet, ægrotare cœpit, ac vitam morte commutavit die duodecimo menſis Moharram, anno Hejræ 629. quadraginta quinque annis ex quo ab urbe patria abfuiſſet.

Hinc conſtat Auctorem noſtrum bis Kahiræ fuiſſe, ſemel Salahoddino, iterum filiis ejus rerum potientibus; et quamvis non diſerte memoratum ſit quamdiu ibi vixerit, tamen ſalva veritate colligi poteſt ex hiſtoriæ circumſtantiis, multorum annorum ſpatium fuiſſe. Per totum hoc tempus operam dedit, qua per alias occupationes licuit, ut pernoſceret quicquid fert natura, mirabilia antiquitatis, aliaſque notabiles celebratiſſimæ hujus regionis proprietates, eo conſilio ut hiſtoriam ejus conſcriberet; quod item fecit tredecim ſectionibus, hic illic interjecto quicquid vel legerat, vel audierat, atque oculis perceperat, de raro hocce argumento, quæ collectitia nomine *Al-Kitab Al-Kabir*, ſeu *Magni Libri*, ſæpius laudat.

Et

Et quoniam volebat, in hac varietate materiæ, diſtinguere illam hiſtoriæ partem quam ex ſuis ipſius obſervationibus condiderat, ab illa quam a libris atque ore hominum derivarat, ex hiſce ſectionibus binas prioris generis rebus enarrandis ſepoſuit, quas poſtea in libelli ſeparati formam redegit, ex duobus tractatibus conſtantis; in quo, ſecundum ipſius propoſitum, ea ſcripto ſolummodo conſignare inſtituit, quæ ipſe obſervarat, et quæ ex confeſſo erant certa; ſive pertinerent ad naturæ admiranda, monumenta antiquitatis, ſive eventa memorabilia, quibus opus fortaſſe fuerit commemorandis. Ex hoc poſtremo genere fuit fames iſta et moriendi frequentia, ex hac occaſione orta, quod Nilus ad juſtam altitudinem non increviſſet: id vero accidit annis Hejræ 597, et 598, argumentumque conſtituit duorum poſteriorum capitum ſecundi Tractatus, nomine *Hawadeth*, i. e. Caſuum.

In hoc poſteriore opere conficiendo accuratiore uſus fuit diligentia, quoniam id muneris loco deſtinaverat Khalifæ Naſer Ledinillah, qui ad iſtum honorem evectus fuit anno Hejræ 575, eo ut partem illam regionum quibus dominaretur, et conditionem ſubditorum illic degentium perfectius cognoſceret. Hæc compendiaria atque accurata Hiſtoriola Titulum præ ſe fert *Al-Kitab Al-Sagir*, i. e. *Parvus Liber*, ſeu *Mokhtaſir*, i. e. *Compendium*: et nunc denuo, cum verſione Latina, in lucem editur.

Quam bene inſtructus Auctor noſter ad hoc opus exequendum

dum fuerit, facile conſtat non ſolum ex iis quas habuit regionis cognoſcendæ opportunitatibus, verum etiam ex ipſius doctrina, quæ iſtis opportunitatibus recte utendi facultatem ſuffecerit. OSAIBA, inſignis vitarum ſcriptor apud Arabes, ex quo ea quæ ſupra ſunt narrata præcipue deſumpſimus, docet nos virum fuiſſe omnibus doctrinæ numeris abſolutum, pariter ac Rei Medicæ peritia laudandum: adeo ut, quum operum ejus catalogum (pro more ſuo) in fine vitæ contexit, libros plus centum quinquaginta, illi attribuat, partim de Medicina, partim de Naturali Hiſtoria, partim de aliis raris atque utilibus rei literariæ partibus conſcriptos. Eodem nomine illum deſcribit Jalaloddinus, magnæ fidei apud Arabes auctor, qui hiſtoriam Ægypti ſcribens, cum de principibus iſtius regionis viris verba facit, tandem ad eos deſcendit qui intelligentiæ facultatibus et ſcientiarum diſciplina inſignem famam meruerant; quorum numero Auctorem noſtrum aſcribit, dicitque conſummatum fuiſſe Medicum, Philoſophum, et Hiſtoricum, libroſque quamplurimos de variis argumentis conſcripſiſſe.

مختصر

مختصر اخبار مصر

لعبد اللطيف البغدادي.

ABDOLLATIPHI

HISTORIÆ ÆGYPTI

COMPENDIUM.

المقالة الاولي

وهي ستة فصول

الفصل الاول

في خواص مصر العامة لها

ان ارض مصر من البلاد العجيبة الاثار الغريبة الاخبار وهي واد يكتنفه جبلان شرقي وغربي والشرقي اعظمهما يبتديان من اسوان ويتقاربان باسنا حتي يكادا يتماسان ثم ينفرجان قليلا قليلا وكلما امتدا طولا انفرجا عرضا حتي اذا ازيا الغسطاط كان بينهما مسافة يوم فما دونه ثم يتباعدان اكثر من ذلك والنيل ينساب بينهما ويتشعب باسافل الارض وجميع شعبه تصب في البحر الملح

وهذا

TRACTATUS PRIMUS,

Qui continet ſex Capita.

CAPUT PRIMUM.

De Proprietatibus Ægypti generalibus.

CAP. I.

TERRA Ægypti ex iis regionibus eſt, quæ monumentis mirandis, et hiſtoriis inuſitatis illuſtrantur: Eſtque ea vallis, quam ambiunt montes bini, orientalis et occidentalis; maximus vero horum eſt orientalis. Incipiunt ab *Aſwana*, et juxta *Aſenam* ſibi mutuo appropinquant, ita ut parum abſit quin ſe contingant. Tum paulatim diducuntur, et quo longius progrediuntur, latius diducuntur; ita ut ubi ex adverſo *Foſtatæ* ſint, intercedat inter ipſos diei diſtantia, aut paulo minus; dein etiam longius hoc diſtant. Nilus vero eos interfluit, et in inferioribus terræ partibus ſe findit; et omnes rivi ejus in mare ſalſum fluunt.

وهذا النيل له خاصتان الاولي بعد مرماه فانا
لا نعلم في المعمورة نهرا ابعد مسافة منه لان مباديه
عيون تاتي من جبل القمر وزعموا ان هذا الجبل ورا
خط الاستوا باحدي عشرة درجة وعرض اسوان وهي
مبدا ارض مصر اثنتان وعشرون درجة ونصف درجة
وعرض دمياط وهي اقصي ارض مصر احدي وثلثون
درجة وثلث درجة فتكون مسافة النيل علي خط
مستقيم ثلثا واربعين درجة تنقص سدسا ومساحة
ذلك تقريبا تسعماية فرسخ هذا سوي ما ياخذ من
التعريج والتوريب فان اعتبر ذلك تضاعفت المساحة
جدا

والخاصة الثانية انه يزيد عند نضوب ساير الانهار
ونشيش المياه لانه يبتدي بالزيادة عند انتها طول
النهار وتتناهي زيادته عند الاعتدال الخريفي وحينيذ
تفتح التراع وتغيض علي الاراضي وعلة ذلك ان مواد
زيادته امطار غزيرة دايمة وسيول متواصية تمده في هذا
الاوان فان امطار الاقليم الاول والثاني انما تغزر في
الصيف والقيظ

واما

CAP. I.

Et ſunt huic Nilo duæ proprietates; prima eſt longinquitas curſus ejus; non enim novimus in orbe habitabili fluvium longioris tractus quam ſit ille. Siquidem initium ejus ſunt fontes a *monte Lunæ* provenientes, et afferunt hunc montem eſſe ultra lineam æquinoctialem undecim gradibus: latitudo autem *Aſwanæ*, quæ eſt initium terræ Ægypti, eſt viginti duorum graduum et dimidii gradus; et latitudo *Damiatæ*, quæ eſt ultimus Ægypti terminus, eſt graduum triginta unius, et tertiæ partis gradus: ita ut curſus Nili linea directa, ſit quadraginta et trium graduum, minus ſexta parte gradus. Et hæc menſura eſt prope nongentarum paraſangarum; eſtque hoc, præter quod in anfractibus et flexibus abſumitur, cujus ſi rationem habeas, valde augetur menſura.

Secunda proprietas eſt, quod ille augeatur cum cæteri fluvii decreſcunt, et aquæ eorum minuuntur. Incipit enim incrementum ſuum, cum ad ſummum pertigit dierum longitudo, et ad finem pervenit incrementum ejus ſub æquinoctio autumnali; tum autem recluduntur aggeres, qui omnes terræ partes inundant. Et ratio hujus rei eſt, quod cauſa incrementi ejus ſint pluviæ copioſæ, diuturnæ, et continui confluxus, qui illum his temporibus adaugent. Pluviæ ſiquidem primi et ſecundi climatis, prima et media æſtate copioſiores ſunt.

واما ارض مصر فلها ايضا خواص منها انه لا يقع
بها مطر الا ما لا احتفال به وخصوصا صعيدها فاما
اسافلها فقد يقع بها مطر جود لكنه لا يفي بحاجة
الزراعة واما دمياط والاسكندريـة ومـا داناهما فهي
غـزيـرة المطر ومنه يشربون وليس بارض مصر عين ولا
نهر سوي نيلها

ومنها ان ارضها رملية لا تصلح للزراعة لكنه ياتيها
طين اسود علك فيه دسومة كثيـرة يسمي الابليز
ياتيها من بلاد السودان مختلطا بما النيل عند مده
فيستقر الطين وينضب المـا فيحرث ويـزرع وكل سنة
يـاتيها طين جديد ولهذا يزرع جميع ارضيها ولا يراح
شي منها كما يفعل في العراق والشام لكنها بخالف
عليها الاصناف وقد لحظت العرب ذلك فانها تقول اذا
كثرت الرياح جادت الحراثة لانها تجي بتراب غريب
وتقول ايضا اذا كثرت الموتفكات زكا الـزرع ولهذه
العلة تكون ارض الصعيد زكية كثيرة الاتا والريع
اذ كانت اقرب الي المبدا فيحصل فـيـهـا من هذا
الطين مقدار كثير بخلاف اسفل الارض فانها اسافة
مضوبة

CAP. I.

Et quod ad terram Ægypti, ſunt etiam ipſi proprietates: ex his eſt, quod non deſcendat in eam pluvia, niſi cujus nullam habent rationem, præſertim in ſuperioribus ejus partibus; quod vero ad inferiora ejus, decidit in iis pluvia copioſa, ita tamen ut non ſufficiat operi ſationis neceſſario; quod vero ad *Damiatam* et *Alexandriam*, et quod ipſis propinquum eſt; eſt ipſis pluviarum abunde, et inde bibunt. Non eſt autem in terra Ægypti fons, neque fluvius, præter Nilum ſuum.

Et ex his eſt, quod ſolum ejus arenoſum ſit, et ſationi ineptum; verum advenit ipſi lutum nigrum, viſcoſum, cui ineſt multum pinguedinis, dictum *Al Abliz*. Advenit hoc e regionibus Nigritarum, aquis Nili in incremento ſuo admixtum, et decedente aqua ſubſidet lutum, tumque aratur et ſeritur. Et quotannis advenit ipſi recens lutum, et hujus ope ſeruntur omnes ipſius regiones, nec quieſcit aliqua ipſius pars, uti fit in *Eraca* et *Syria:* verum ut diverſa ſint genera. Et hoc perſpectum habent Arabes, ſiquidem dicunt illi, cum frequentes ſunt venti, commoda eſt aratio, illi enim pulverem peregrinum advehunt: Et dicunt etiam, cum frequentes ſunt turbines, commoda eſt ſatio. Et ob hanc cauſam terra *Saidæ* vegeta eſt, multi proventus pabulique, quia initio propior eſt, ideoque ad eam pertingit magna hujus luti copia, contra ac inferior terræ pars; ea ſiquidem ſterilis eſt et macilenta, quia lutum

مضوبة ان كانت رقيقة ضعيفة الطين لانه ياتيها الما
وقد راق وصفا ولا اعرف شبيها بذلك الا ما حكي
لي عن بعض جبال الاقليم الاول ان الرياح تاتيه
وقت الزراعة بتراب كثير ثم يقع عليه المطر فيتلبد
فيحرث ويزرع فاذا حصد جاته رياح اخري فنسفته
حتي يعود اجرد كما كان اولا

ومنها ان الغصول بها متغيرة عن طبيعتها التي لها
فان اخص الاوقات باليبس في ساير البلاد اعني
الصيف والخريف تكثر فيه الرطوبة بمصر بمد نيلها
وفيضه لانه يمد في الصيف ويطبق الارض في
الخريف فاما ساير البلاد فان مياهها تنش في هذا
الاوان وتغزر في اخص الاوقات بالرطوبة اعني الشتا
والربيع ومصر ازداك تكون في غاية القحولة واليبس
ولهذه العلة تكثر عفوناتها واختلاف هوابها وتغلب
علي اهلها الامراض العفنية الحادثة عن اخلاط
صفراوية وبلغمية وقلما تجد فيهم امراضا صفراوية خالصة
بل الغالب عليها البلغم حتي في الشباب والمحرورين
وكثيرا ما يكون مع الصفرا خام واكثر امراضهم في
اخر

tum ejus tenue eſt et debile, ſiquidem aqua quæ ad eam pervenit tenuis eſt, et limpida. Non autem novi quippiam huic ſimile, niſi quod mihi narratum eſt de montibus quibuſdam primi climatis, ventos tempore ſementis multum illis pulverem adducere, tum in eum decidere pluviam, qua conglutinatur, tum arari et ſeri; et cum meſſum fuerit, advenire alios ventos, eumque avehere; ita ut ſolum nudum redeat, ut prius fuerat. CAP. I.

Ex his etiam eſt, quod in ea aliæ ſint anni tempeſtates a natura ſua; ſiquidem quæ in aliis regionibus maxime propria ſunt ſiccitatis tempora, æſtas ſcilicet et autumnus, iis maxima eſt in Ægypto humiditas, ob Nili ſui incrementum, et exundationem ejus; creſcit enim æſtate, et ſub autumno terram operit; et quod ad alias regiones, aquæ earum his temporibus decreſcunt, et augentur temporibus magis humiditati propriis, hyeme ſcilicet et vere; tum vero Ægyptus ſumme arida eſt et ſicca. Et ob hanc cauſam crebræ ſunt ipſius putredines, et mutationes aeris, et prævalent incolis ejus morbi putridi, e mixtura bilis flavæ et phlegmatis provenientes; et vix reperies inter eos morbos pure bilioſos, verum prævalet in iis phlegma, etiam in juvenibus, iiſque qui aduſtæ ſunt temperaturæ. Cruditas etiam plerumque bilem flavam comitatur, et morbi eorum frequentiores ſunt ſub finem autumni, et principio hyemis; bonum vero plerumque habent exitum.

اخر الخريف واول الشتا لكنها يغلب عليها حميد العاقبة
وتقل فيهم الامراض الحادة والدموية الوحية واما
اصحاوهم فيغلب عليهم الترهل والكسل وشحوب اللون
وكمودته وقلما تري فيهم مشبوب اللون ظاهر الدم
واما صبيانهم فضاويون يغلب عليهم الدمامة وقلة
النضارة وانها تحدث لهم البدانة والقسامة غالبا بعد
العشرين واما ذكاوهم وتوقد اذهانهم وخفة حركاتهم
فلحرارة بلدهم الذاتية لان رطوبته عرضية ولهذا كان
اهل الصعيد اقحل جسوما واجف امزجة والغالب
عليهم السمرة وكان ساكنوا الفسطاط الي
دمياط ارطب ابدانا والغالب عليهم البياض ولما راي
قدما المصريين ان عمارة ارضهم انما هي بنيلها جعلوا
اول سنتهم اول الخريف وذلك عند بلوغ النيل
الغاية القصوي من الزيادة

ومنها ان الصبا محجوبة عنهم بجبلها الشرقي
الهسبي المقطم فانه يستر عنها هذه الريح الغاضلة
وقلما تهب عليهم خالصة اللهم الا نكبا ولهذا اختار
قدما المصريين ان يجعلوا مستقر الملك منف
ونحوها

CAP. I.

Rari etiam ſunt inter ipſos morbi acuti, a ſanguine provenientes, qui repentinam mortem afferunt. Et quod ad ſaniores eorum, prævalet ipſis tremor, et pigritia, et coloris alteratio, et lividitas; et vix reperies inter eos colore nitidum, aſpectu ſanguineum. Et quod ad pueros eorum, debiles ſunt, prævalet ipſis deformitas, et nitore carent, plerumque vero contingit ipſis pinguedo, et pulchritudo, poſt annum vigeſimum. Quod vero ad acumen eorum, et intellectus ardorem, et agilitatem motus ipſorum, hoc naturali regionis calori tribuendum eſt; humiditas enim ejus accidentalis eſt. Et hinc incolæ *Saidæ* corpore aridiores ſunt, et ſiccioris temperamenti, et prævalet ipſis color fuſcus: incolæ vero *Foſtatæ*, ad *Damiatam* uſque, corpore humidiores ſunt, et plerique eorum albi ſunt. Et cum cernerent priſci Ægyptii, culturam terræ ipſorum a Nilo ſuo eſſe, initium anni ſui ſtatuere initium autumni; et hoc eſt, cum Nilus ad ſummum incrementi ſui terminum pertingit.

Ex his etiam eſt, quod Eurus ab iis cohibeatur monte orientali, *Al Mokattem* dicto; ille ſiquidem occludit ab iis ventum hunc benignum, et vix ad ipſos libere aſpirat, verum obliquo tantum flatu. Atque hinc elegerunt priſci Ægyptii ſedem regni *Menufæ* ponere, aut in ejuſmodi loco, qui a monte hoc orientali, occidentem verſus, longe abeſſet. Græci etiam *Alexandriam* elegerunt, et loca *Foſ-*

ونحوها مما يبعد عن هذا الجبل الشرقي الي الغربي
واختار الروم الاسكندرية وتجنبوا موضع الفسطاط لقربه
من المقطم فان الجبل يستر عما في لحفه اكثر
مما يستر عما بعد منه ثم ان الشمس يتاخر طلوعها
عليهم فيقل في هوايهم النضج ويبقي زمانا علي نهوة
الليل ولذلك تجد المواضع المتكشفة للصبا من ارض
مصر احسن حالا من غيرها ولكثرة رطوبته يتسارع
العفن اليها ويكثر فيها الغار ويتولد من الطين
والعقارب تكثر بقوص وكثيرا ما تقتل بلسبها والبق
المنتن والذباب والبراغيث تدوم زمانا طويلا

ومنها ان الجنوب اذا هبت عندهم في الشتا والربيع
وفيها بعد ذلك كانت باردة جدا ويسمونها المريسي
لمرورها علي ارض المريس وهي من بلاد السودان وسبب
بردها مرورها علي برك ونقايع والدليل علي صحة
ذلك انها اذا دامت اياما متوالية عادت الي حرارتها
الطبيعية واسخنت الهوا واحدثت فيه يبسا

الفصل

CAP. I.

tatæ devitarunt, ob vicinitatem ejus ad *Al Mokattem:* ſiquidem mons magis illud obtegit, quod ad radicem ſuam eſt, quam quod longius diſtat. Deinde, quia ſol ortum ſuum ipſis differt, raro in eorum aere matureſcunt fructus, et diu eos cohibet nox. Ideoque reperies ea Ægypti loca quæ Euro patent, melioris eſſe ſortis quam alia. Et ob multam humiditatem ejus, cito ipſi obvenit putredo, et multiplicantur in ea mures, qui e luto naſcuntur, multique ſunt in *Cuſa* ſcorpiones, et plerumque ictu interimunt, et culices fœtidi, et muſcæ, et pulices, quæ diu permanent.

Ex his etiam eſt, quod Auſter, cum ipſis hyeme, et vere, et poſtea afflet, valde frigidus ſit; eumque *Al Mariſi* appellant ob tranſitum ejus per terram *Al Maris*, quæ eſt e regionibus Nigritarum. Et cauſa frigiditatis ejus eſt, quod tranſeat per lacus et ſtagna. Argumentum autem veritatis hujus rei eſt, quod ubi per dies aliquot continuos duraverit, redeat ad calorem ſuum naturalem, et aerem calefaciat, ſiccitatemque in eo efficiat.

CAP.

الفصل الثاني

فيما تختص به من النبات

من ذلك البامية وهي ثمر بقدر ابهام اليد كانه جرا القثا شديد الخضرة الا ان عليه زبـرا مشوكا وهو مخمس الشكل يحيط به خمسة اضلاع فاذا شق انشق عن خمسة ابيات بينها حواجز وفي تلك الابـيات حب مصطفى مستدير ابيض اصغر من اللوبيا هش يضرب الي الحلاوة وفيه قبض ولعابية كثيرة يطبخ اهل مصر به اللحـم بان يقطع مع قشورة صغارا ويكون طعاما لا باس به الغالب علي طبعه الحرارة والرطوبة ولا يظهر في طبيخه قبض بل لزوجة

ومن ذلك الملوخـيـة ويسميها الاطبا الملوكية ولعمري هـي الخبازي البسـتـاني والخطمي ايضا نوع من الخبازي البري والملوخية اشد مائية ورطوبة من الخبازي وهي باردة رطبة في الاولي تزرع في المباقل

CAP. II.

De Plantis quæ ipſi propriæ ſunt.

CAP. II.

EX his eſt *Al Bamia*; eſtque ea fructus quantitate pollicis manus, ac ſi eſſet cucumis parvus, valde viridis, niſi quod ſit ipſi hirſuta villoſitas. Eſt forma quinquangularis, quinque ipſam cingunt coſtæ, et cum finditur, in quinque cellulas dividitur, inter quarum ſingulas ſunt interſtitia. Et in his cellulis ſunt baccæ, ſerie directa, rotundæ, albæ, minores phaſeolis, molles, ad dulcedinem vergentes: ineſt autem ipſis ſtipticitas, et multum humoris mucilaginoſi: carnem cum ea coquunt Ægyptii, ubi cum corticula minutim ſecta fuerit, eſtque cibus innoxius: prævalent in natura ejus calor et humiditas, et in decocto ejus non apparet ſtipticitas, verum viſcoſitas.

Ex his etiam eſt *Al Moluchia*, quam *regiam* dicunt Medici; illa vero profecto eſt malva hortenſis; et *Al Chetmia* etiam eſt genus malvæ ſylveſtris; eſt vero *Al Moluchia* magis aquea et humida quam malva, eſtque frigida et humida in primo gradu; ſeritur in hortis olitoriis, et caro cum ea coquitur, eſtque multum mucilaginoſa; ſeritur

المباقل ويطبخ بها اللحم وهي كثيرة اللعابية وتزرع ايضا بالشام قليلا ويطبخ بها عندهم في الندرة وهي ردية للمعدة لكنها تسكن الحرارة وتبرد ويسرع انحدارها لتزلقها قال الاسرايـيلي رايت نوعا ثالثا من الخبازي يسمي بمصر ملوخيـة السودان ويعرف بـالـعـراق بالشوشنديبا وقوته وفعله وسط بين الملوخيا والخبازي لانه اقل غذا من الملوخيا واكثر من الخبازي

ومن ذلك اللبخ وشجرته كالسدرة ربي نضرة وثمرته بقدر الخلال الكبار وفي لونه الا انه مشبع الخضرة كلون المسن وما دام فجا فغيه قبض كما في البلح فاذا نضج طاب وحلا وعاد فيه لزوجـة ونواتـه كنواة الاجاص او كقلب اللوزة بيضا الي الغبرة وتكسر بسهولة فتنفلق عن لوزة ربا بـيضا لينة واذا بقيت ثلثة ايام ضمرت وصلبت وكلما تطاول عليها الزمان اضمحل اللب وبقي القشر فارغـا او كالفارغ غير انه لا يتشنج بل يتقلقل اللب فيه لسعة المكان عليه وتجد في طعم اللب مرارة ظاهرة ولذعا يـبقي اثره في اللسان مدة وقد حدست علي انه احد ضـروب الدند الثلثة فقد

قال

CAP. II.

ritur etiam in Syria paululum ejus, at raro apud ipſos cibo coquendo adhibetur: ea autem ſtomacho inimica eſt, verum calorem ejus ſedat, et refrigerat, et ob lubricitatem ſuam, celeris concoctionis eſt. Dicit *Iſraelita*, Vidi tertiam malvæ ſpeciem, quæ in Ægypto *Moluchia* Nigritarum appellatur, dicitur vero in Eraca *Al Shuſhandia*; vis autem ejus, et operatio, media eſt inter *Al Moluchiam* et malvam; minoris enim nutrimenti eſt quam *Al Moluchia*, majoris quam malva.

Ex his etiam eſt *Al Labcho*, cujus arbor lotum refert, nitoris eximii; et fructus ejus eſt magnitudine dactyli immaturi magni, colore etiam eum referens, niſi quod ſit plenius viridis, ad colorem cotis: et quamdiu immaturus eſt, ineſt ipſi ſtipticitas, qualis eſt dactylo immaturo; ubi autem maturuit, bonus eſt et dulcis, et accedit ipſi viſcoſitas. Officulum ejus eſt ut officulum pruni, aut ut nucleus amygdalæ, album ad colorem cineritium: facile autem frangitur, et fiſſo ſubeſt nucleus venuſtus, albus, mollis, qui ubi tres dies permanſerit, contrahitur et dureſcit; et quandocunque diutius permanſerit, evaneſcit nucleus, et teſta ejus vacua, aut tanquam vacua manet, niſi quod non contrahatur: nucleus autem huc illuc tranſfertur, præ loci amplitudine, quæ ipſi ſupereſt. Et reperies in guſtu nuclei amaritudinem manifeſtam, et mordacitatem, cujus veſtigia aliquamdiu in lingua permanent: ego

قال ارسطو وغيره ان اللبخ كان بفارس سما قاتلا فنقل الي
مصر فصار غذا وقال نيقولاوس واما اللبخ فقد كان في
ارض فارس قاتلا فنقل الي الشام والي مصر فصار
جيدا ماكولا وهو قليل غال وانما تكون في البلاد
منه شجرات معدودات واما خشبه ففي غاية الجودة
صلب خمري واسود وهو عزيز ثمين واهل مصر يحضرون
اللبخ مع الفواكه والانقال وقال ابو حنيفه الدينوري
اللبخ شجرة عظيمة مثل الاثاب اذا عظم وورقها كورق
الجوز ولها جنا كجنا الحماط مر اذا اكل اعطش
واذا شرب عليه الما نفخ البطن وهو من شجر الجبال
ثم روي عن رجل من صعيد مصر ان اللبخ شجر
عظام امثال الدلب له ثمر اخضر يشبه التمر حلو جدا
الا انه كريه جيد لوجع الاضراس قال واذا نشر
ارعن ناشره وينشر فيبلغ ثمن اللوح خمسين دينارا
ويجعله اصحاب المراكب في بنا السفن لبعض
العلل وزعم انه اذا ضبا منه لوحان ضبا شديدا
وجعلا في الما سنة التحبا وصارا لوحا واحدا
واكثر ما حكاه الدينوري لا اعرف صحته
وقال

CAP. II.

autem autumo eam unum esse ex tribus *Al Dandæ* generibus. Dicit vero *Aristoteles*, aliique, *Al Labcho* esse in *Persia* venenum lethale, in Ægyptum vero translatam cibum fieri. Et *Nicolaus* dicit, Quod ad *Al Labcho*, est ea in terra *Persarum* lethalis, transfertur autem in *Syriam*, et *Ægyptum*, et fit cibus bonus. Est vero rara, cara, siquidem arbores ejus, quæ in aliis regionibus sunt, numero paucæ sunt. Et quod ad lignum ejus, præstantissimum est, durum, colore vinaceo, et nigrum, estque carum et magni pretii; et incolæ Ægypti *Al Labcho* cum fructibus et bellariis mensæ apponunt. *Abu Haniphah Dinurienſis* ait, *Al Labcho* arbor magna est, similis *Al Athab*, cum grandis evasit, et folia ejus sunt ut folia juglandis, estque ipsi fructus, veluti fructus *Hamad*, amarus, si editur sitim creat, et si aqua post eum bibatur, inflat ventrem; est autem ex arboribus montanis. Refert dein a viro quodam ex *Saida* Ægypti, *Al Labcho* arborem magnam esse, platano similem, cui fructus viridis est, dactylo similis, valde dulcis, nisi quod nauseam moveat; dolori dentium conducens. Dicit etiam, Cum serra secatur, tremorem serranti injicit; serratur vero, et ad quinquaginta aureos assurgit asseris pretium: et naupegi eam navibus fabricandis adhibent, nec immerito; creditur enim, si duo ejus asseres presse admodum committantur, et per anni spatium in aqua ponantur, eos unum asserem fieri: plura etiam narrat *Dinurienſis*, quæ an vera sint nescio.

وقال ابن سمجون اللبخ يكون بمصر وثمرته جيدة للمعدة وقد يوجد عليه صنف من الرتيلا وورقه اذا جفف قطع الدم ذرورا والاسهال شربا وفيها قبض بين قال واما نوي ثمره فيزعم اهل مصر ان اكله يحدث صمما

ومن ذلك الجميز وهو بمصر كثير جدا ورايت منه شيا بعسقلان والساحل وكانه تين بري وتخرج ثمرته في الخشب لا تحت الورق ويخلف في السنة سبعة بطون ويوكل اربعة اشهر ويحمل وقرا عظيما وقبل ان يجني بايام يصعد رجل الي الشجرة ومعه حديدة يسم بها حبة حبة من الثمرة فيجري منها لبن ابيض ثم يسود الموضع وتحلو الثمرة بذلك الفعل وقد يوجد منه شي شديد الحلاوة احلي من التين لكنه لا ينفك في اواخر مضغه من طعم خشبية ما وشجرته كبيرة كشجرة الجوز العاتية ويخرج من ثمره وغصنته اذا فصدت لبن ابيض اذا طلي علي ثوب او غيره صبغه احمر وخشبه تعمر به المساكن ويتخذ منه الابواب وغيرها من الالات الجافية وله بقا علي الدهر وصبر

علي

CAP. II.

Et *Ebn Samajun* dicit, Eſt in Ægypto *Al Labcho*, et fructus ejus ſtomacho prodeſt, et reperitur ſuper eum genus quoddam araneæ; et folia ejus, cum deſiccantur, loco injecta ſanguinem ſiſtunt, epota autem alvi profluvium, et eſt ipſis manifeſta ſtipticitas; dicit etiam, Quod ad officulum fructus ejus, aſſerunt incolæ Ægypti eſum ejus furditatem efficere.

Ex his etiam eſt *Sycomorus*, eſtque ea in Ægypto frequens valde; vidi etiam quaſdam earum *Aſcalone*, et in locis maritimis; eſtque veluti ficus ſylveſtris, et fructus ejus e ligno prodit, non ſub foliis. Septenos in anno proventus fert, qui per quatuor menſes comeduntur, fertque onus magnum; et per dies aliquot antequam decerpantur, aſcendit arborem vir aliquis, ferrum ſecum habens, quo ſingulos fructus ſcalpit; inde vero fluit lac album, dein nigreſcit locus, et hoc facto dulceſcit fructus. Reperiuntur autem quidam eorum valde dulces, ficu dulciores, verum ſub finem manducationis, non ſunt a guſtu quodam ligneo vacui. Arbor ejus magna eſt, ut juglans annoſa; et e fructu, et cortice ejus, cum ſecatur, prodit lac album, quod veſtibus illitum aut alteri cuivis rei, illam rubedine inficit. Ex ligno ejus extruuntur domus, et januæ deſumuntur, aliæque hujuſmodi res viliores; eſtque ipſi durabilitas adverſus temporis vim, et firmitas adverſus

imbres

علي الما والشمس وقلما يتاكل هذا مع انه خشب
خفيف قليل اللدونة ويتخذ من ثمرته خل حاذق
ونبيذ حاذ قال جالينوس الجميز بارد رطب فيما بين
التوت والتين وهو ردي للمعدة ولبن شجرته له قوة
ملينة تلصق الجراح وتغش الاورام ويلطخ علي لسع
الهوام ويحلل جساة الطحال واوجاع المعدة ضمادا
ويتخذ منه شراب للسعال المتقادم ونوازل الصدر والرية
وعمله بان يطبخ في الما حتي تخرج فيه قوته ويطبخ
ذلك الما مع السكر حتي ينعقد ويرفع وقال ابو حنيفه
ومن اجناس التين تين الجميز وهو تين حلو رطب له
معاليق طوال ويزبب وضرب اخر من الجميز حمله
كالتين في الخلقة وورقه اصغر من ورق التين وتينه
اصغر صغار واسود ويكون بالغور ويسمي التين الذكر
والاصغر منه حلو والاسود يدمي الفم وليس لتينه
علاقة بل لاصق بالعود

ومن ذلك البلسان فانه لا يوجد اليوم الا بمصر
بعين شمس في موضع محاط عليه محتفظ به
مساحته نحو سبعة افدنة وارتفاع شجرته نحو ذراع
واكثر

imbres ſolemque, et raro arroditur, licet lignum leve ſit, et minime lentum; e fructu autem ejus deſumitur acetum acre et vinum acidum. Dicit *Galenus*, Sycomorus frigida eſt et humida, gradu inter morum et ficum medio; ea autem ſtomacho adverſatur, ineſtque lacti fructus ejus vis emolliens, vulnera conglutinat, ulcera diſcutit, et contra reptilium ictus illinitur; ſplenis duritiem ſolvit, et ſtomachi dolores, emplaſtri modo adhibita: ex ea etiam deſumitur ſyrupus pro tuſſi inveterata, et defluxionibus pectoris, et pulmonum; et ratio eam conficiendi hæc eſt; ut aqua coquatur donec in eam tranſeat vis ejus, dein aqua hæc cum ſaccharo coquatur, donec ad juſtam conſiſtentiam venerit, tum tollatur. Et dicit *Abu Haniphah*, Ex ficuum generibus eſt ſycomori ficus, eſtque ea ficus dulcis, humida, longo petiolo, et ad ſolem deſiccatur; eſt et alia ſycomori ſpecies, cujus fructus forma ficum refert, et folia ejus minora ſunt foliis ficus; ficus vero ejus flava eſt, parva, et nigra; eſt etiam in *Al Gaura*, et appellatur ficus maſcula; flavæ autem dulciores ſunt, et nigræ ſanguine os inficiunt, et non eſt ficui ejus petiolus, verum caudici adhæret.

Ex his etiam eſt *Balſamum*, hoc ſiquidem non reperitur hodie niſi in Ægypto, prope *Ain Shemſam* in loco quodam circumſepto et probe cuſtodito, cujus ſpatium eſt circiter ſeptem jugerum. Altitudo arboris ejus eſt circiter cubiti

aut

واكثر من ذلك وعليها قشران الاعلي احمر خفيف
والاسفل اخضر ثخين واذا مضغ ظهر في الفم منه
دهنية ورايحة عطرة وورقه شبيه بورق السذاب ويجتني
دهنه عند طلوع الشعري بان تشدخ السوق بعد ما
يحت عنها جميع ورقها وشدخها يكون بحجر يتخذ
محددا ويفتتر شدخها الي صناعة بحيث يقطع القشر
الاعلي ويشق الاسفل شقا لا ينفذ الي الخشب فان
نفذ الي الخشب لم يخرج منه شي فاذا شدخه كما
وصفنا امهله ريثما يسيل لثاه علي العود فيجمعه
باصبعه مسحا الي قرن فاذا امتلا صبه في قناني
زجاج ولا يزال كذلك حتي ينتهي جناه وينقطع
لثاه وكلما كثر الندي في الجو كان لثاه اكثر
واغزر وفي الجدب وقلة الندا يكون اللثا انزر ومقدار
ما خرج منه في سنة ست وتسعين وخمسماية وهي
عام جدب نيف وعشرون رطلا ثم توخذ القناني
فتدفن الي القيظ وحمارة الحر وتخرج من الدفن
وتجعل في الشمس ثم تنفقد كل يوم فيوجد الدهن
وقد طفا فوق رطوبة مايية واثفال ارضية فيقطف الدهن
ثم

CAP. II.

aut amplius; ſuntque ipſi cortices duo, ſuperior ruber, tenuis, inferior autem viridis, craſſus, et cum manditur, apparet inde in ore oleoſitas quædam et odor aromaticus; et folia ejus rutæ foliis ſimilia ſunt. Colligitur vero oleum ejus ſub ortu Sirii, ſciſſo caudice, poſtquam ipſi folia omnia decuſſa fuerint. Fit autem hæc inciſio lapide acuto; et ad inciſionem ejus arte opus eſt, ut ſcindatur cortex ſuperior, et findatur inferior, ita tamen ut ad lignum non penetret fiſſura; ſi enim ad lignum penetret nihil inde effluet. Cumque eum inciderit aliquis, ita uti deſcripſimus, permittit eum, donec per caudicem defluat ſuccus, quem digitis excipit, in cornu detergens; quod cum repletum fuerit, illud in ampullas vitreas effundit; et non ceſſat ita agere, donec abſolvatur collectio, et ſiſtatur ſuccus ejus. Quandocunque autem major eſt in aere humiditas, ſuccus ejus copioſior eſt, et magis abundat; at ſicco anno, et ubi parum eſt humiditatis, parcior eſt ſuccus ejus. Et quantitas inde proveniens anno quingenteſimo, nonageſimo ſexto, (erat autem hic annus aridus,) erat ultra viginti rotalos. Tum ſumuntur ampullæ, et conduntur in æſtatem et æſtus vehementiam, tum autem e loco ubi reponebantur eductæ, ad ſolem ſiſtuntur, ubi quotidie obſervantur, et reperitur oleum ſupra humorem aqueum, et fæces terrenas fluitare; ſubducitur vero oleum, et ad ſolem iterum ſiſtitur; et non ceſſant ita agere, ad ſolem

ثم يعاد الي الشمس ولا يزال كذلك يشمسها ويقطف
دهنها حتي لا يبقي فيها دهن فيوخذ ذلك الدهن
ويطبخه فيه في الخفية لا يطلع علي طبخه احدا ثم
يرفعه الي خزانة الملك ومقدار الدهن الخالص من
اللثا بالترويق نحو عشر الجملة وقال لي بعض ارباب
الخبرة ان الذي يحصل من دهنه نحو من عشرين
رطلا ورايت جالينوس يقول ان اجود دهن البلسان
ما كان بارض فلسطين واضعفه ما كان بمصر ونحن
فلا نجد اليوم منه بفلسطين شيا البتة وقال نيقولاوس
في كتاب النبات ومن النبات ما له رايحة طيبة في
بعض اجزايه ومنه ما رايحته الطيبة في جميع اجزايه
كالبلسان الذي يكون في الشام بقرب بحر الزفت والبير
التي يسقي منها تسمي بير البلسم وماوها عذب وقال
ابن سمجون انما يوجد في زماننا هذا بمصر فقط
ويستخرج دهنه عند طلوع كلب الجبار وهو الشعري
وذلك في شباط ومقدار ما يخرج ما بين خمسين
رطلا الي ستين ويباع في مكانه بضعفه فضة وكان
هذه الحال قد كانت في زمن ابن سمجون وحكي
عن الرازي ان بدله دهن الغجل وهذا بعيد والبلسان
الدهني

CAP. II.

ſiſtentes, et oleum ſubducentes, donec non ultra ſuperſit oleum. Tum ſumitur oleum hoc, et qui præficitur operi, illud occulte coquit, ne uno quidem coćturam inſpiciente, et tum illud in repoſitorium regium tránsfert. Eſtque quantitas olei penitus a ſucco depurati, circiter decima pars totius. Et narravit mihi gnarus quidam, oleum inde proveniens eſſe circiter viginti rotalorum. Video autem *Galenum* dicere, optimum oleum balſami eſſe quod eſt in terra *Palæſtinæ*, et debilius eſſe quod in Ægypto naſcitur: nos vero hodie nihil ejus omnino in *Palæſtina* reperimus. Et dicit *Nicolaus* in libro Plantarum; Sunt ex plantis, quibus eſt odor bonus in aliqua ſui parte, ſunt etiam ex iis, quibus eſt odor bonus in omnibus ſui partibus, veluti balſamum quod eſt in *Syria* prope mare bituminoſum. Puteus autem ex quo rigatur dicitur, *Puteus balſami*, et aquæ ejus dulces ſunt. Et *Ebn Samajun* dicit, Reperitur diebus hiſce noſtris in Ægypto ſolummodo, et extrahitur oleum ejus in ortu canis gigantis, qui eſt *Sirius*, eſtque hoc menſe *Shabat*; et quantitas inde proveniens, eſt a quinquaginta ad ſexaginta rotalos, et in loco ſuo, duplo argenti pondere vænit. Hic erat ſtatus ejus tempore *Ebn Samajun*; qui tradit a *Razi*, ſuccedaneum ejus eſſe oleum raphani; hoc autem a veritate alienum eſt. Balſamum au-

الدهني لا يثمر وانما توخذ منه فسوخ فتغرس في شباط فتعلق وتنمي وانما الثمر للذكر البري ولا دهن له ويكون بنجد وتهامة وبراري العرب وسواحل اليمن وبارض فارس ويسمي البشام ويربي قشره قبل استخراج دهنه فيكون نافعا من جميع السموم واما خواصه ومنافعه فالاليق بها غير هذا الكتاب

ومن ذلك القلقاس وهو اصول بقدر الخيار ومنه صغار كالاصابع يضرب الي حمرة خفيفة يقشر ثم يشقق علي مثل السلجم وهو كثيف مكتنز يشابه الموز الاخضر الغج في طعمه وفيه قبض يسير مع حرافة قوية وهذا دليل علي حرارته ويبسه فاذا سلق زالت حرافته جملة وحدث له معها فيه من القبض اليسير لزوجة مغرية كانت فيه بالقوة الا ان حرافته كانت تخفيها وتسترها ولذلك صار غذاوه غليظا بطي الهضم ثقيلا في المعدة الا انه لما فيه من القبض والعفوصة صار مقويا للمعدة حابسا للبطن اذا لم يكثر منه ولما فيه من اللزوجة والتغرية صار نافعا من سحج المعا وقشره اقوي علي حبس البطن من جرمه لانه قبضه اشد ويطبخ في السماقية

tem oleoſum non eſt fructiferum, et ſi ſumantur ſarmenta ejus, et plantentur menſe *Shabat*, terræ adhærent et creſcunt. Eſt vero fructus maſculo ſylveſtri, cui non eſt oleum; eſtque hic in *Najed* et *Tehama*, et deſertis Arabum, et locis *Yamanæ* maritimis, et in terra *Perſarum*, atque appellatur *Al Baſham*. Conditur etiam cortex ejus, antequam oleum extrahatur, et prodeſt contra omnia venena; quod vero ad proprietates ejus, et utilitates, earum conſideratio ab hoc libro aliena eſt.

Ex his etiam eſt *Colocaſia:* eſt autem ea radix magnitudine cucumeris, ſuntque ex iis quæ digiti magnitudinem non excedunt: vergit ad rubrum pallidius; decorticatur, tum conſcinditur veluti rapus. Eſtque ſpiſſa, compacta, mauzam viridem referens, acris guſtu, ineſtque ipſi lenis ſtipticitas cum acrimonia forti; eſtque hoc caloris ejus et ſiccitatis argumentum. Ubi autem elixatur, abit omnis acrimonia, et contingit ipſi, una cum ſtipticitate leni quæ ei ineſt, viſcoſitas glutinoſa, quæ ipſi prius potentia inerat, niſi quod eam occultaret et celaret acrimonia ejus. Hinc autem cibus ejus gravis eſt, tardæ concoctionis, ſtomachum gravans, niſi quod ob ſtipticitatem, et vim aſtringentem quæ ipſi ineſt, ſtomachum corroboret et ventrem aſtringat, ſi non ſumatur nimia. Et ob viſcoſitatem quæ ipſi ineſt et glutinoſitatem, excoriationi viſcerum conducit; cortex vero ejus efficacior eſt ad alvum aſtringendam,

السماقية وغيرها فيعود في المرقة لزوجة يعانها من لا
يعتادها ولكن اذا سلق وصبت سلاقته ثم قلي بالدهن
حتي يتورد فلا باس به والغالب علي مزاجه الحرارة
والرطوبة ويظهر من حاله انه مركب من جوهرين جوهر حار
حربف يذهب بالطبخ وجوهر ارضي مايي ينهي بالطبخ
وذلک کما في البصل والثوم وما کان کذلک فهو
نيا دوابي ومطبوخا غذابي وقد رايته بدمشق لکن
قليلا ورايته اذا يبس يرجع خشيبا کالقسط سوا واما
ورقه فورق مستدير واسع علي شکل خف البعير سوا
لکنه اکبر منه ويکون قطر الورقة ما بين شبر الي
شبرين ولکل ورقة قضيب مفرد في غلظ الاصبع وطول
شبرين او ازيد ونبات کل قضيب من الاصل الذي
في الارض اذ ليس لهذا النبات ساق ولا ثمر ايضا وورق
القلقاس شديد الخضرة رقيق البشرة شبيه بورق الموز
في خضرته ونعمته ورونقه ونضارته وقال ديوسقوريذس
ان لهذا النبات زهرا علي لون الورد فاذا عقد عقد
شيا شبيها بالحراب کانه نفاخة الما وفيه باقلي صغير
اصغر من الباقلي اليوناني يعلو موضعه المواضع التي ليس
فيها

CAP. II.

gendam, quam corpus, quia vehementior eſt ipſius ſtipticitas: incoquitur juri *Sumach* aliiſque, et in juſculo redit ipſi viſcoſitas; averſabitur eam qui ſe ei non aſſueſcit: ideoque poſtquam elixa fuerit, et effuſa aqua, oleo frigitur donec flaveſcat, et tum innoxia eſt. Prævalent in temperatura ejus calidum et humidum, et ex ſtatu ejus conſtat, eam e gemina ſubſtantia compoſitam, ſubſtantia calida, acri, quæ inter coquendum expirat, et ſubſtantia terrena, aquea, quæ inter coquendum augetur, idque, uti fit in cepa, allio, et hujuſmodi: ea autem cruda medicinalis eſt, et cocta nutritioni inſervit. Vidi etiam eam *Damaſci*, raram vero; et vidi lignoſum quid arefactæ redire, pariter ac *coſto*. Quod vero ad folia ejus; folium ei eſt rotundum, amplum, forma prorſus ungulæ camelinæ, verum ea majus; eſt enim diameter folii, a ſpithama ad duas ſpithamas. Eſtque unicuique folio ſcapus peculiaris, craſſitudine digitali, et longitudine duarum ſpithamarum, aut amplius. Germinat autem ſcapus quivis a radice quæ ſub terram eſt, quia plantæ huic neque caulis eſt neque fructus. Folia etiam colocaſiæ valde viridia ſunt, tenui corticula, ſimilia mauzæ foliis, quod ad viriditatem, amœnitatem, ſplendorem et nitorem. Ait *Dioſcorides*, florem huic plantæ eſſe colore roſeo, et cum gemmat, rem quandam protrudere crumenæ ſimilem, ac ſi eſſet bulla aquea; eſtque in ea faba parva minor faba Græca, cujus loculamentum ſuperat loculamenta alia in quibus nulla eſt faba.

Et

فيها باقلي فمن اراد ان يزرعه فانما ياخذ ذلك الباقلي
ويصيره في كتل طين ويلقيها في الما فينبت وزعم
انه يوكل طريا ويابسا وانه يعمل منه دقيق يشرب
كالسويق ويعمل منه حسو فيقوي المعدة وينفع من
الاسهال المري وسحوج الامعا وان الشي الاخضر الذي
في وسطه المر الطعم اذا سحق وخلط بدهن وقطر في
الاذن سكن وجعها وقال الاسرايـيلي اما نحن فما
شاهدنا له زهرا قال ورايت اصل هذا النبات اذا خزن
في المنازل وجا وقت نباته تفرع من الباقلي اللاصق
به فروع وانبت من غير ان يظهر له زهر ولا ثمر لكن
لون الباقلاة نفسها كلون زهر الورد لانها حين تبزر
وتاخذ في النبات يخرج ما يـبزر منها حسن البياض
يعلوه تورد يسير قال وما وجدنا له جفافا يمكن معه
ان يكون منه سويق ولا راياه السنة كلها الا رطبا
مثل بصل النرجس وبصل الزعفران ونحوه قال ولم نر
في وسطه هذا الاخضر الذي ذكره ديوسقوريذس ولا
وجدناه السنة كلها الا كالموز الاخضر اقول كلا بل
الحق ما قاله ديوسقوريذس وانه يجف حتي يقبل
السحق ويمكن ان يتخذ منه السويق وهذا راياه عيانا
وانه

CAP. II.

Et qui eam ſerere velit, fabam hanc ſumit, eamque glebæ luteæ inditam in aquam projicit, atque ita germinat: aſſerit etiam eam, ſive recentem ſive aridam edi, et ex ea farinam confici, quæ bibitur ut ptiſana. Conficitur etiam ex ea juſculum, quod ſtomachum corroborat, et conducit fluxui bilioſo, et viſcerum excoriationi: quod vero ad viride illud quod in medio ejus eſt, ſaporis amari, in pulverem comminutum, et oleo admixtum, ſi auri inſtilletur, dolores ejus lenit. Et *Iſraelita* dicit, Quod ad nos, non vidimus ipſi florem eſſe; dicit etiam, Vidi plantæ hujus radicem in apothecis repoſitam, cumque germinandi tempus adveniret, e faba, quæ ipſi adhæret, prodiiſſe ramuſculos, qui germinant, licet neque flos neque fructus cernatur. Color vero fabæ ipſius, eſt ut color roſæ nitidus, at cum fermentat et germinare incipit, prodit inde quod fermentat, pulchræ albedinis, quam ſuperat color ſubroſeus. Dicit etiam; Non reperimus eam ita deſiccatam, ut poſſet ex ea farina confici; neque eam per totum annum niſi humidam vidimus, ut bulbum narciſſi, et bulbum croci et ejuſmodi. Dicit etiam, Non vidimus in medio ejus viride illud, cujus meminit *Dioſcorides*, neque eam per totum annum reperimus, niſi ut mauzam viridem.

Nequaquam; verum autem eſt quod dicit *Dioſcorides*, et quod deſiccetur donec friabilis ſit, et fieri poſſit ut inde ſumatur farina; hoc enim oculis vidimus. At cum ſicca

وانه اذا جف لا فرق بينه وبين الزنجبيل في المنظر
سوي ان القلقاس اكبر وتجد في طعمه حدة ولذعا
واقول عن حدس صناعي مبدوه المشاهدة والسماع ان
القلقاس زنجبيل مصري اكسبته الارض رطوبة فقلت
حرارتة وحدته كما ان الزنجبيل الزنجي والهندي
اقوي واحد من اليمني واهل اليمن يطبخون به كما
يطبخ المصريون بالقلقاس لكن لا يستكثر منه جدا
ولقد سالت جماعة من التجار وارباب المعرفة عن
منبته باليمن وشكله فكلهم زعم انه كالقلقاس غير
ان القلقاس اكبر وكذلك ورقه اكبر من ورق الزنجبيل
وقد شاهدته اذا يبس لا فرق بينه وبين الزنجبيل
في الصورة مع حدة ولذع يسير وقال لي اخر ان
نبات الزنجبيل يشبه نبات البصل مع ان القلقاس
يكون في تلك البلاد وكانه بستاني وقال علي بن
رضوان القلقاس اسرع الاغذية استحالة الي السودا
وقال غيره من اطبا مصر ان القلقاس يزيد في الباة
وفي كل نظر لا يليق بهذا الكتاب

ومن ذلك الموز وهو كثير باليمن والهند ورايته
بالغور

CAP. II.

eſt, nullum eſt, quoad aſpectum, inter eam et gingiber diſcrimen, niſi quod colocaſia major ſit; reperitur etiam in guſtu ejus acrimonia et mordacitas. Dico autem, ex conjectura artificiali, cui ortum dedit tam quod vidimus, quam quod audivimus, colocaſiam eſſe gingiber Ægyptiacum, cui terra illa humorem addidit, caloremque et acrimoniam diminuit; uti gingiber *Nigritarum* et *Indicum* fortius eſt et acrius *Yamanenſi*; et incolæ *Yamanæ* ex eo decocta parant, ut Ægyptii ex colocaſia faciunt; verum non multum eo utuntur. Interrogavi etiam mercatorum aliquos, et rei gnaros, de loco ubi germinabat in *Yamana*, deque forma ejus; omnes autem affirmarunt illud eſſe quaſi colocaſiam, niſi quod colocaſia major eſſet. Similiter folia ejus majora ſunt quam folia gingiberis: ipſe etiam vidi eam, cum arida eſſet, nihil forma a gingibere differre, cum acrimonia et mordacitate facili. Narravit autem mihi alius, plantas gingiberis ſimiles eſſe plantis ceparum, eſſe etiam colocaſiam in iſtis regionibus, eſſeque eam tanquam [gingiber] hortenſe. Dicit *Ali Ebn Redwan*, colocaſiam e cibis omnibus, celerrime in bilem atram tranſire; dicit etiam alius medicorum Ægyptiacorum, colocaſiam venerem augere; hæc autem ejus conſideratio ad hunc librum prorſus non ſpectat.

Ex his etiam eſt *Mauza*; ea vero frequens eſt in *Yamana* et *India*; vidi etiam eam in *Al Gaura* et *Damaſci*, at

بالغور وبدمشق مجلوبا وكونه من فراخ تظهر من
اصل شجرته كما تظهر الفسلان من النخلة وتسمي
المشرة الام فاذا اخذت شرتها قطعت هي ايضا وخلفا
اكبر بناتها وترتفع قامة الي قامتين وكانها نخلة لطيفة
وزعموا ان شجر الموز في الاصل مركب من قلقاس
ونوي النخل تجعل النواة في جوف القلقاسة وتغرس
وهذا القول وان كان سادجا من دليل يشهد له
فالحس يسوغه وذلك انك تجد لشجرته سعفا كسعف
النخل سوا الا انك ينبغي ان تتخيل الخوص اتصل
بعضه ببعض حتي صار كانه ثوب حرير اخضر قد نشر
او راية خضرا ترف ريا وطراة وكان الرطوبة اكتسبها
من القلقاس والشكل اكتسبه من النخل وانت تعلم
ان تشقق سعف النخل الي الخوص انما كان من
قبل اليبس الغالب علي مزاج النخل ولكثرة رطوبة
الموز بقي سعفه متصل الخوص ولم يتشقق فعلي
هذا يكون القلقاس له بمنزلة المادة والنخل بمنزلة
الصورة وانت اذا تاملت خشت الموز وورقه بعد يبسه
الفيت فيه تلك الشظايا والخيوط التي تجدها في
جذع النخل وسعفه الا انك تجدها مشوبة برطوبة قد
الحبت

aliunde advectam. Propagatur ex ſtolonibus, qui e radice arboris ejus emicant, ut ex palma ſurculi. Quæ autem fructum fert, *mater* dicitur; at cum decerpitur fructus, illa etiam ſuccidítur, et in locum ejus ſuccedit ſtolonum maximus. Ab orgya ad duas orgyas aſſurgit, eſtque tanquam palma pumila: aſſerunt autem arborem mauzæ primitus ex colocaſia, et dactyli oſſiculo compoſitam, inſerendo oſſiculum dactyli cavitati colocaſiæ, illudque plantando. Et hoc dictum ineptum licet ſit, argumenta habet quæ ipſi teſtimonium perhibent, eique ſenſus fidem facit: hocque quod reperias arboris ejus ramos, prorſus veluti ramos palmæ; niſi quod opus ſit ut imagineris foliorum palmæ aliud alteri conjunctum, donec fiant quaſi veſtis ſericea viridis, expanſa, aut vexillum viride, aſpectu elegans et nitidum. Humiditatem autem ſuam colocaſiæ acceptam refert, et formam a palma acquirit. Scias autem, quod palmæ ramus in ejuſmodi folia findatur, contingere hoc ex parte ſiccitatis, quæ in palmæ temperamento prævalet; at ob multam humiditatem mauzæ, permanet ramus ejus junctifolius, et non finditur. Et hoc modo, colocaſia ipſi materiæ loco eſt, palma autem loco formæ. Quod ſi mauzæ lignum, et folia, cum deſiccata ſint, perpendas, reperies in iis eaſdem fibras, et filamenta quæ in trunco palmæ et ramo ejus reperiuntur; niſi quod reperias ea humiditate ejus mixta, quæ ea invicem conjungit et interſtitia replet; licet neque ab his immunis ſit colocaſia

الحمت بينها وملات فرجها وان كان القلقاس لا ينفك
من ذلک ايضا ويتبينه اكله مقلوا واما الثمر فانک
تراه اعذاقا كاعذاق النخل قد تحمل شجرته خمسماية
موزة فصاعدا ويكون في منتهي العذق موزة تسمي
الام ليس فيها لحم ولا توكل واذا شققت وجدت مولغة
من قشور كالبصل كل قشرين منها متقابلان يحتوي
كل واحد منهما علي نصفها طولا وتحت كل قشر عند
القاعدة زهر ابيض بقدر الغستق او كزهر النارنج
عدده احد عشر في صفين لا ينقص عن هذا العدد
ولا يزيد الا واحدا نادرا فهذا القشر بمنزلة كفري
الطلع والزهر بمنزلة الطلع نفسه وتنشق هذا القشور
من تلقا انفسها علي التدريج الاعلي فالاعلي فيظهر
ذلک الزهر ابيض بمنزلة البلح وفيه رطوبة حلوة فيتساقط
وتعقد عنه الموزة صغيرة فاذا اخذت في النمو قليلا
انشق قشر اخر علي الرسم ولا يزال كذلک حتي
ينتهي العذق وتجد قشر الموزة كقشر الرطبة الا انه
غليظ جدا بما اكتسبه من مادة القلقاس ولحمها
حلو فيه تغاهة كانه رطب مع خبز فالحلاوة له من
الرطب والتغاهة من القلقاس واما شكلها ففي شكل
الرطبة

CAP. II.

locaſia; idque percipiet, qui eam frixam mandit. At quod ad fructum ejus; cernes eum racematim provenire, ut racemos palmæ. Fert arbor ejus quingentas mauzas, et amplius, et in racemi extremo eſt mauza, *mater* dicta, cui nulla eſt pulpa, neque comeditur: cum finditur, reperitur ex tunicis compoſita, veluti cepa; at quælibet duæ tunicæ ſibi invicem ex adverſo occurrunt, unaquaque tunica dimidiam mauzæ longitudinem complectente. Et ſub tunicis ſingulis juxta baſim eſt flos albus, magnitudine piſtacei, aut ut flos mali aurantii; numero ſunt undecim in ſerie duplici, neque ab hoc numero deficiunt, neque eum excedunt, niſi unico, idque raro. Eſtque hæc tunica ut loculamentum ſpathæ, et flos ut ipſa ſpatha; tunicæ vero hæ ſponte ſua finduntur, certo ordine, a ſuperiori ſenſim deſcendendo. Et apparet flos hic albus tanquam dactylus immaturus, ineſtque ipſi humor dulcis; decidit autem ille, et inde gemmat mauza parva; cumque hæc incrementi parum ceperit, tunica alia ordine ſuo finditur; et non ceſſant ita facere, donec abſolvatur racemus. Reperies etiam corticulam mauzæ veluti corticulam dactyli viridis, niſi quod ſit valde craſſa, præ eo quod ſibi acquiſivit de materia colocaſiæ: at pulpa ejus dulcis eſt, cum inſipiditate quadam, tanquam eſſet dactylus recens cum pane; dulcedo enim ejus eſt a dactylo, inſipiditas vero a colocaſia. Et quod ad formam ejus, eſt forma dactyli, niſi

quod

الرطبة الا انها بقدر الخيارة الكبيرة تميل الي الصغرة
والبياض فالصغرة من الرطب والبياض من القلقاس
وحين ما يقطع يكون شديد الخضرة جدا لا يصلح
للاكل فاذا دفن اياما اصفر وصلح للاكل ثم انك
تجده شحمة واحدة ليس فيها نوي ولا ما يرمي سوي
القشر فقط بل تراه كانه قطعة خبيص ناعم المضغ
يسترط بسهولة واذا انت تاملته في ضيا الغيت في
وسطه حبا كثيرا اصغر من الخردل يضرب الي السواد
والشقرة شبيه بحب التين لكنه في غاية اللين فهذا
كانه رسم نوي الرطب الا انه لزيادة رطوبته لان وتغرق
واختلط باللحم وانساغ معه في الاكل وله رايحة عطرة
لا باس بها فيها خمرة ما والجشا العارض لاكله بعد
اخذه في الهضم طيب الرايحة وهو حار رطب ورطوبته
ازيد من حرارته وكانه حار في الاولي رطب في الثانية
يزيد في الباة ويدر البول ويحدث نفخا ولا يبعد في
طبعه هذا عن الرطب الا بكثرة رطوبته التي اكتسبها
من القلقاس فهذا ان كان من تركيب الصناعة فقد
صدق الخبر الخبر وان كان من تركيب الطبيعة فان
لها ايضا تركيبات عجيبة متقنة من اصناف الحيوان
والنبات

quod ſit magnitudine cucumeris magni. Vergit ad flavedinem et albedinem: flavedo enim ejus eſt a dactylo, albedo autem a colocaſia. Cum decerpitur, valde viridis eſt, eſui inepta; at per dies aliquot repoſita flaveſcit, et fit eſui idonea: et tum eam pulpam meram reperies, abſque oſſiculo, nec eſt quicquam quod projiciatur præter tunicas ſolummodo; verum cernes eam tanquam particulam *Chabis*, eſui jucundam, quæ facile deglutitur. Et ſi eam ad lumen inſpicias, reperies in medio ejus grana multa, ſinapi minora, ad nigredinem vergentia, granis ficus ſimilia, at valde mollia. Eſtque hæc quaſi nuclei dactyli nota, niſi quod ob multam ſuam humiditatem mollis ſit. Conciditur autem, et carni admiſcetur, et una cum ea inter edendum deglutitur; eſtque ipſi odor aromaticus, non ingratus. Eſt etiam ipſi fermentatio quædam; et ructus qui ex eſu ejus contingit, poſtquam in alvum ſumpta fuerit, boni odoris eſt. Calida eſt et humida; humiditas autem ejus calore major eſt, tanquam eſſet calida in primo gradu, et humida in ſecundo. Venerem auget, urinam ciet, et ventrem inflat; natura vero non longe a dactylo abeſt, niſi ob multam humiditatem, quam a colocaſia acquiſivit. Sive autem hæc compoſitio artificialis ſit, rem comprobat experientia; quod ſi compoſitio naturalis ſit, ſunt etiam naturæ compoſitiones miræ, ex variis animalium plantarumque generibus conflatæ; et ex harum nu-

CAP. II.

والنبات فتكون الموز من جملتها وقال ابو حنيفه الموز
معادنه عمان وتنبت الموزة نبات البردية لها عنقرة غليظة
وورقة طويلة عريضة نحو ثلث اذرع في ذراعين ليست
بمنخرطة علي نبات السعف لكن شبه المربعة وترتفع
الموزة قامة باسطة ولا تزال فراخها تنبت حولها واحدة
اصغر من الاخري فاذا احرت وذلك ادراك موزها
قطعت الام حينيذ من اصلها وتوخذ قنوها ويطلع اكبر
فراخها فيصير هو الام وتبقي البواقي فراخا لها ولا تزال
علي هذا ابد الدهر ولذلك قال اشعب لابنه فيما
يروي عنه الاصمعي يا بني لم لا تكون مثلي فقال
انا مثل الموزة لا تصلح حتي تموت امها ومن نبات
الموزة الي اثمارها شهران وبين اطلاعها الي اجرابها
اربعون يوما والموز موجود في اوطانه السنة كلها
ويكون في القنو من اقنابها ما بين ثلثين موزة الي
خمس ماية موزة ورايت عند بعض تجار الهند حصرا
حسنة لطيفة موشاة ذات وجهين الوانها احسن الالوان
واصباغها زهر خالصة كانها الوان الحرير عرض الحصير
منها نحو ذراعين ونصف وهو اسلة واحدة ليس فيه
وصل فجعلت اعجب من طول الاسل الذي يسمي
بمصر

mero eſt mauza. Dicit vero *Abu Haniphah*, Proprius mauzæ locus eſt *Oman*, germina autem juncea emittit, radice craſſa; at folia ejus longa ſunt et lata, circiter tres cubitos longa, duos lata; non ſunt vero mucronata ut palmæ folia, at quadratis ſimilia. Aſſurgit mauza erecta, expanſa, et undique circa eam germinant ſtolones, unus altero minor; cum autem tempeſtivum fuerit, hoc eſt cum maturuerit fructus, mater radicitus ſucciditur, et auferuntur botri ejus; ſtolonum autem maximus in matris locum ſuccedit, cæteris ipſi ſtolonum loco permanentibus; et ita ſemper agunt. Hinc cum diceret *Aſhabus* filio ſuo, (ut de eo refert *Aſmaius*), O filiole, cur non es mei ſimilis? Reſpondit ille, Ego mauzæ ſimilis ſum, quæ nihil prodeſt, donec mortua ſit ipſius parens. Sunt vero a germinatione mauzæ, ad fructus emiſſionem menſes duo, et a flore emiſſo ad fructus adultos dies quadraginta. Reperitur mauza in locis ſibi propriis per totum annum, ſuntque in quibuſdam botrorum ejus, a triginta ad quingentas mauzas. Vidi autem ipſe, apud mercatorem quendam Indum, ſtoreas pulchras, elegantes, utrinque pictas, coloribus optimis, et tinctura florida, ſincera, qualem exhibent colores ſerico inducti; eratque latitudo ſtoreæ, circiter duorum cubitorum et dimidii. Erat autem quaſi juncus unus, abſque aliqua junctura; cumque admiratus eſſem junci longitudinem, [pro eo habens] qui in Ægypto

بمصر السمار فذكر لي انه ليس به وانما هو متخذ من ورق الموز الهندي بان يوخذ العسيب فيشقق ويجفف ثم يصبغ وينسج منه هذه الحصر ويباع الحصير منها في المعبر بدينارين وفيها ما يباع بدرهمين واراني من كلا الصنفين

واما المحمضات فيوجد بارض مصر منها اصناف كثيرة لم ارها بالعراق من ذلك اترج كبار يعز وجود مثله ببغداد ومن ذلك اترج حلو ليس فيه حماض ومن ذلك الليمون المركب وهو اصناف ايضا ويوجد فيه ما هو بقدر البطيخة ومن ذلك الليمون المختم وهو احمر شديد الحمرة اقنا حمرة من النارنج شديد الاستدارة مغلطح من راسه واسفله مغضوخ فيهما بختمين

ومن ذلك ليمون البلسم وهو في قدر الابهام وكالبيضة المطاولة وفيه ما هو مخروط صحيح يبتدي من قاعدة وينتهي الي نقطة واما لونه وريحه وشحمه وحماضه فلا يغادر من الاترج شيا

وقد

Al Samar appellatur, retulit mihi, non esse ex eo, verum ex foliis mauzæ Indicæ desumptam; sumendo costam ejus, eamque findendo et desiccando; tum tingi eam, et inde confectas esse has storeas. Quædam vero ex his storeis duobus aureis in foro væneunt, quædam duabus drachmis, quarum utramque speciem mihi ostendit.

Quod vero ad *Acidas*, reperiuntur in terra Ægypti multæ earum species, quas non vidi in *Eraca*. Ex his est citreum magnum, cujus par raro *Bagdadi* reperitur. Et ex his etiam est citreum dulce, cui nulla inest acrimonia. Et ex his est limonium compositum, cujus etiam sunt variæ species, et reperitur ex iis, quod est magnitudine melonis. Ex his etiam est limonium obsignatum, hoc autem valde rubet, rubore summo, intenso ultra aurantium; admodum rotundum, a capite et a parte inferiore latum, utrimque vero quasi in duo sigilla se expandens.

Ex his etiam est limonium balsamicum, estque hoc magnitudine pollicis, et instar ovi longi; suntque ex iis quæ perfecte conica sunt, a basi incipientia, et terminantia in punctum; at quod ad colorem ejus, et odorem, et pulpam, et acrimoniam ejus, ne minimum quidem citreo cedit.

Reperitur

وقد يوجد اترج في جوفه اترج بقشر اصغر ايضا وخبرني صادق انه وجد في جوف اترجة سبع اترجات صغار كل واحدة يحيط بها قشر تام والذي رايته انا اترجة في جوفها اترجة ليست تامة وقد رايت منه شيا بالغور وهذا الاترج المداخل انما يكون في ذي الحماض ثم ان هذا الانواع يركب بعضها علي بعض فيتولد منها اصناف كثيرة جدا

ومن ذلك صنف من التفاح يوجد بالاسكندرية ببستان واحد يسمي بستان القطعة وهو صغار جدا قاني الحمرة واما رايحته فتفوق الوصف وتعلو علي المسك وهو قليل جدا

واما القرط فيسمي بالعراق الرطبة وبالشام الفصة وبالفرسية اسفست

واما النخل فكثير لكن اذا قيست ثمرته بثمرة نخل العراق وجدت كانها قد طبخت طبخة خرج بها معظم حلاوتها وبقيت ناقصة القوة وما يسميه اهل العراق القسب يسميه اهل مصر التمر واما التمر بالعراق فيسمونه

CAP. II.

Reperitur etiam citreum in medio citrei, cum corticula itidem flava; et narravit mihi veriloquus quidam, ſe in medio citrei ſeptem citrea parva reperiſſe, quorum unumquodque obibat cortex integer. Quod vero ipſe vidi, erat citreum, in cujus medio erat citreum at non perfectum. Vidi etiam in *Gaura* hujuſmodi aliquid; et citreum hoc interius ex acidis eſt. Dein cum ſpecierum harum aliæ aliis inſerantur, hinc oriuntur genera eorum multa admodum.

Ex his etiam eſt pomi genus, quod *Alexandriæ* reperitur in horto unico, dicto *horto Al Kataah*, eſtque illud valde parvum, ſumme rubrum; quod vero ad odorem ejus, deſcriptionem excedit, et moſchum ſuperat: eſt autem rarum admodum.

Et quod ad *Medicam*, ea in *Eraca Al Ratbah* appellatur, et in *Syria Al Phuſſah*, et in *Perſia Eſpheſt*.

Et quod ad *Palmam*, frequens eſt, verum ſi fructus ejus cum fructu palmæ *Eracæ* conferatur, reperitur ac ſi coctus fuiſſet, et major pars dulcedinis expiraſſet, effetque virtutis expers. At [*dactylorum genus*] quod dicunt incolæ *Eracæ Al Kaſb*, appellant incolæ Ægypti *Al Tamar*; et quod

in

فيسمونه العجوة وقلما تجد عندهم ما يشابه تمر العراق الا نادرا ويكون ذلك نخيلا معدودة تهدي تحفة

واما الماش وهو الهج فلا يزرع بمصر اصلا وانما يوجد عند العطارين مجلوبا من الشام ويباع بالاوقي للمرضي واما الذرة والدخن فلا يعرفان بمصر اللهم الا بالصعيد الاعلي وخاصة الدخن

ومما يختص به مصر الافيون وهو يجتني من الخشخاش الاسود بالصعيد وكثيرا ما يغشه جناته وربما غشوه بالعذرة وعلامة الخالص منه ان يذوب في الشمس ويقد في السراج بلا ظلمة واذا طفي تكون رايحتة قوية والمغشوش يسوس سريعا وارسطو ينهي عن خلطه بدوا العين والاذن لانه يعمي ويضم

ومن ذلك الاقاقيا وهو عصارة ورق شجر الغرظ وثمره يستخرج ماوه بالدق والعصر ويجعل في اوان مرحرحة

in *Eraca Al Tamar* eſt, hoc appellant *Al Ajwah*: vix autem apud eos reperies quod *Al Tamar Eracæ* refert, niſi raro; ſuntque hujuſmodi palmæ numero paucæ, inter dona rariora habitæ. CAP. II.

Et quod ad *Al Maſh*, quod piſum eſt, non ſeritur in Ægypto omnino; ſiquidem quod apud aromatopolas reperitur, ex *Syria* apportatur, et unciatim venditur ægrotis. Et quod ad *Al Dhurra* et *Al Dochn*, [quorum utrumque milii genus eſt] in Ægypto certe non cognoſcuntur, niſi in ſuperiore *Thebaide*, et præſertim *Al Dochn*.

Ex iis etiam quæ Ægypto propria ſunt, eſt *Opium*, hocque ex papavere nigro in *Saida* colligitur; qui vero colligunt illud, plerumque vitiant, et quandoque illud ſtercore adulterant; ſinceri vero argumentum eſt, ſi ad ſolem liqueſcat, et ad lucernam accendatur abſque obſcuritate; et cum extinguitur, odor ejus vehemens eſt; vitiatum vero cito vermes parturit. Prohibet *Ariſtoteles* mixturam ejus, in oculi auriſve morbo, cæcum enim et ſurdum reddit,

Ex his etiam eſt *Acacia*, eſtque ea ſuccus foliorum arboris *Al Karth*, et fructus ejus; ſuccus ejus contuſione et expreſſione elicitur, et in vaſis amplis ſoli adverſus ſiſtitur,

مرحرحة تلقا الشمس حتي يغلظ ثم يقرص هذا هو
الخالص الخاص واما العام الذي يجلب الي البلاد
فانه يوخذ القرظ فيطحن ويعجن بها الصبغ ثم يقرص
ويختم ويجفف وشجرته هي السنط وتسمي الشوكة
المصرية وورقها هو القرظ بالحقيقة ويدبغ به الجلود
وعصارة القرظ التي يتخذ منها الاقاقيا تسمي رب القرظ
ونسا مصر يشربون عصارته ونقيعه للاسهال والسنط شجر
عظام جدا له شوك كثير حديد صلب ابيض وله ثمر
يسمي خروب القرظ مدور مسطوح مشاكل لحب الترمس
الا انه متصل كقرون اللوبيا وفي داخله حب صغار
واذا اتخذ الاقاقيا من القرظ قبل كمال نضجه كان
اكثر قبضا واقوي علي حبس الطبيعة واذا اتخذ منها
استحكم نضجه لم يقو علي حبس البطن وعلامته ان
يكون شديد السواد مشرق اللون وقال الدينوري
القرظ شجر عظام كشجر الجوز وخشبه صلب كالحديد
واذا قدم اسود كالابنوس وورقه يشبه ورق التفاح
وله حبلة مثل قرون اللوبيا داخلها حب يوضع في
الموازين ويدبغ بورقه وثمره ومنابته القيعان
والجبال وحبلة القرظ اصغر من علف
الطلح

donec ſpiſſeſcat, tum in paſtillos cogitur; hæc pura propria Acacia eſt. Quod autem ad vulgarem quæ in regiones paſſim apportatur; fit ea, ſumendo fructum *Al Karth*, illumque molendo, et aqua gummi depſendo; tum in paſtillos cogitur, obſignatur, et deſiccatur. Eſt vero arbor ejus *Al Sant*, et appellatur *ſpina Ægyptia*, et folia ejus revera ſunt *Al Karth*, iiſque pelles ſubiguntur: ſuccus vero *Al Karth*, ex quo deſumitur Acacia, dicitur *Rob Al Karth*; et mulieres Ægyptiæ ſuccum ejus et infuſionem bibunt contra fluxus. Eſt vero *Al Sant* arbor valde magna, cui ſunt ſpinæ multæ, acutæ, duræ, albæ; eſtque ei fructus dictus *ſiliqua Al Karth*, rotundus, lævis, baccæ lupini conformis, niſi quod compactus ſit, ut folliculi phaſeolorum; eſt etiam intra illam granum parvum. Et cum deſumitur Acacia ex *Al Karth* ante plenam ejus maturitatem, magis ſtiptica eſt, ad naturam aſtringendam fortior; ſi vero ex eo deſumatur quod plene maturuit, non eſt in aſtringendo ventre vehemens: et notitia ejus hinc habetur, ſi ſit valde nigra, coloris lucidi. *Dinurienſis* dicit, *Al Karth* arbor magna eſt ut juglans, lignum ejus durum eſt ut ferrum, et cum annoſum eſt, nigreſcit ut ebenus: folia autem ejus ſimilia ſunt pomorum foliis, eſtque ei fructus ſimilis lupinorum folliculis, intra quem ſunt grana, quibus in bilancibus utuntur; foliis autem et fructu ejus perficiuntur coria. Locus ubi creſcit, eſt tam planities quam montes: fructus autem *Al Karth*

CAP. II.

الطلح واذا رعته الابل احمرت افواهها واوبارهـا حتي
ابعارها فتحسبها عصفرا قد جمع وتسمر عليه وما كان
من القرظ بـارض مصر فهو السنط وهـو زكي الوقود
قليل الرماد وله برمـة صغرا ليس لها رايحـة زكية
كبرم العراق

ومن ذلك الغثوص وهو قثا صغار لا يكبر ولا يعدو
اطـوله الفتر واكثره في طـول الاصبع وهو انعم من
القثا واحلي ولا شك انه صنف منه وكانه الضغابيس
فاما القثد فهو الخيار

ويـوجد بمصر بطيخ يسمي العبدلي والعبدلاوي
قيل انه نسب الي عبد الله بن طاهر والي مصر عن
المامون واما المزارعون فيسمونه البطيخ الدميري منسوب
الي دميرة قرية بمصر وله اعناق ملتوية وقشره خفيف
وطعمه مسيخ قلما يـوجد فيه حلو ويندر فيه ما وزنه
ثلثون رطلا واكثر والغالب عليه ما بـين رطل الي
عشرة ارطال واهل مصر يستطيبونه علي البطيخ المولد
المسمي عندهم بالخراساني والصيني ويزعمون انه نافع
ياكلونه

minor eſt folliculo arboris *Al Talah*; et cum eo veſcatur camelus, rubent os et pili ejus, et ſtercus etiam, ut crederes eum croco decerpto offuſcatum. Et quod de *Al Karth* eſt in terra Ægypti, dicitur *Al Sant*; lucide flammat, pauci cineris eſt, eſtque ipſi bacca flava; non eſt autem ipſi odor acris ut baccæ *Eracæ*.

Ex his etiam eſt *Al Phacus*; eſtque hic cucumis parvus, qui non grandeſcit, neque longiſſimi eorum ſpithamam excedunt, plerique vero longitudine digitali ſunt; eſt autem cucumere amænior, dulciorque, et proculdubio eſt ſpecies ejus, eſtque veluti *Al Dagabis:* quod vero ad *Al Kathed*, eſt ille cucumis, *Chiar* dictus.

Reperitur etiam in Ægypto melo dictus *Al Abdalii*; dicitur etiam *Al Abdallawii*, nomine derivato ab *Abdalla Ebn Tahr*, præfecto Ægypti ſub *Al Mamune*; hortulani vero, eum melonem *Damirienſem* appellant, nomine, a *Damirio* pago Ægypti, ſumpto; ſuntque ipſi colla tortuoſa, cortex autem lævis eſt, et ſapor inſipidus, raroque reperitur qui dulcis ſit: quandoque inter eos contingit quidam, cujus pondus ſit triginta rotalorum et amplius, plerique vero eorum ſunt ab uno ad decem rotalos. Incolæ Ægypti præferunt eum meloni recens advecto, qui apud eos *Chroraſanus* et *Sinenſis* appellatur; aſſerunt eum ſalubrem eſſe, eumque cum ſaccharo comedunt; et ſapor ejus

وياكلونه بالسكر وطعمه اشبه شي بالصنف المسمي
بالعراق الشلنق لكنه الذ منه وانعم وشكله شكل
يقطين العراق الا ان لونه حسن الصفرة جدا وفي
ملمسه حراشة وتخييش وصغاره قبل ان تبلغ تكون
كلون اليقطين وشكله وكطعم القثا لها بطون واعناق
وتباع بالغرقوص وتسمي العجور واخبرني مزارعه ان
العادة جارية بان ينقي حقله كل يوم فما يري مزارعه
ان يقطعه صغيرا اخضر قطعه وباعه بالعجور وما يري
ان يتركه حتي يكبر ويبلغ ويصفر كان منه البطيخ
العبدلي وقلما تجد في بطيخ مصر ما هو صادق
الحلاوة لكنه لا يوجد فيه مدود ولا فاسد بل الغالب
عليه التفاهة المايية وجميع اصناف البطيخ بها يباع
بالميزان سوي البطيخ الاخضر واما البطيخ الاخضر فانه
يسمي بالغرب الدلاع وبالشام البطيخ الزبش وبالعراق
البطيخ الرقي ويسمي ايضا الفلسطيني والهندي واما
اليقطين الذي يقصره الجمهور علي الدبا فيكون
بمصر مستطيلا وفي شكل القثا ويبلغ في طوله الي
ذراعين وفي قطره الي شبر

واما

CAP. II.

ejus quam maxime ſpeciem illam refert, quæ in *Eraca Al Shalnek* dicitur; verum dulcior eo eſt et gratior. Forma ejus eadem eſt cum forma cucurbitæ quæ eſt in *Eraca*, niſi quod color ejus ſit flavedinis optimæ, contactuque aſper ſit et rigidus. Parvi vero antequam ad maturitatem perveniant, colore ſunt et forma cucurbitæ; eſtque ipſis guſtus veluti cucumeris *Al Ketha* dicti. Sunt ipſis ventres et colla, væneunt una cum *Al Phacus*, et appellantur *Al Ajur*. Et narravit mihi eos ſerere aſſuetus, morem uſitatum eſſe, ut quotidie purgentur eorum plantaria, et quod ſatori viſum fuerit, ut parvum et viride ſecetur, illud ſecat, et vendit nomine *Al Ajur*; quod vero ipſi viſum fuerit ut relinquatur donec grandeſcat, matureſcat, et ad flavedinem perveniat, fit inde Melo *Al Abdalii*. At vix reperies inter melones Ægyptios qui revera dulcis ſit; verum neque ex iis reperies verminoſum, aut corruptum; at prævalet ipſis ſapor inſipidus aqueus. Omnia melonum genera illuc loci libratim væneunt, præter melonem viridem. At quod ad Melonem viridem, hic in Occidente cucurbita dicitur, et in *Syria* melo *Al Zebſh*, et in *Eraca* melo *Rakenſis*; appellatur etiam *Palæſtinus* et *Indicus*. Quod vero ad cucurbitam, quam plerique peculiariter *Al Dubba* vocant, ea in Ægypto longa eſt, forma cucumeris *Al Ketha*; et longitudine ſua, ad duos cubitos pertingit, latitudine vero, ad ſpithamam.

واما الباقلي الاخضر المسمي عندهم بالغول فانه يتواصل نحو ستة اشهر وكذلك الورد والياسمون يدوم جميع السنة لا تزال شجرته مزهرة ومنه ابيض واصفر والابيض اكثر واعطر ومنه يتخذ دهن الزنبق بدمياط خاصة

وكذلك الليمون وانما يقل ويكثر فقط والبنفسج بمصر عطر جدا لكن لا يحسنون اتخاذ دهنه ولا معجونه والسفرجل بمصر ردي جدا صغير عفص غال واما تفاحها فلا باس به وان كان رديا واما رمانها ففي غاية الجودة الا انه ليس بصادق الحلاوة

واما القراسيا فلا يوجد بمصر بل بالشام وبلاد الروم وغيرهما وانما بمصر صنف من الاجاص صغار حامض يسمونه القراسيا ومثل هذا الصنف بدمشق يسمونه خوخ الدب لان الاجاص بالشام يسمي خوخا والخوخ دراقنا والكمثري اجاصا

ومما يكثر بمصر شجر خيار شنبر وهو شجر عظام شبيه بشجر الخروب الشامي وزهره كبير اصفر ناضر ذو

CAP. II.

Quod autem ad *Fabam viridem*, quæ apud ipſos *Al Phul* dicitur, ea prope ſex menſes continuos durat. Pari modo Roſa et Jaſminum perennant, neque ceſſat arbor eorum flores emittere: ex hoc vero album eſt et flavum; album autem frequentius eſt et fragrantius, et inde conficitur oleum *Al Zenbek*, Damiatæ præſertim.

Ita ſe habet et *Malus Limonia*; niſi quod quandoque plures, quandoque pauciores fructus ferat. Viola etiam in Ægypto valde fragrans eſt; verum oleum ejus extrahere non bene callent, neque eam condiunt. At Cydonium in Ægypto valde pravum eſt, parvum, acerbum, carum. Et quod ad Poma eorum, nihil illis noxæ ineſt, prava licet ſint; at quod ad Granata eorum, quam præſtantiſſima ſunt, niſi quod non ſint pure dulcia.

Quod vero ad *Ceraſa*, non reperiuntur in Ægypto; verum in *Syria* et *Græciæ* regionibus, aliiſque: ſiquidem in Ægypto vocant ſpeciem pruni parvi, acidi, *Ceraſia*; et quod ſimilis ſpeciei eſt Damaſci, vocant illud *Cauch Al Dubbi*: Pruna enim in *Syria* dicuntur *Cauch*, et *Al Cauch* dicuntur *Doracina*, et Pyra dicuntur *Ajas*.

Inter Arbores etiam quæ in Ægypto frequentes ſunt, eſt arbor *Caſiæ fiſtularis*; eſtque hæc arbor magna, ſimilis arbori ſiliquoſæ Syriacæ; eſtque flos ejus magnus, flavus,

ذو روا وبهجة فاذا عقد تدلي ثمره كالمقارع
الخضر وبها شجر اللوز والسدر بها كثير وثمره
النبق حلو جدا والنيل يكثر بها ولكنه دون
الهندي

الفصل

nitidus, elegans et venuſtus; et cum gemmat fructum ſuum demittit, ut viridia dactylorum loculamenta. Eſt etiam illic Amygdalus; eſtque Lotus in ea frequens, cujus fructus dicitur *Al Nebco*, ſuavis admodum: frequens etiam eſt in ea Iſatis, verum Indica inferior.

CAP. II.

الفصل الثالث
فيما تختص به من الحيوان

من ذلك حضانة الفراريج بالزبل فانه قلما تري بمصر فراريج عن حضان الدجاجة وربما لم يعرفوه ايضا وانما ذلك عندهم صناعة ومعيشة يتجر فيها ويكتسب منها وتجد في كل بلد من بلادهم مواضع عدة تعمل ذلك ويسمي الموضع معمل الفروج وهذا المعمل ساحة كبيرة يتخذ فيها من البيوت التي ياتي ذكرها ما بين عشرة ابيات الي عشرين بيتا في كل بيت الفا بيضة ويسمي بيت الترقيد

وصفته ان يتخذ بيت مربع طوله ثمانية اشبار في عرض ستة في ارتفاع اربعة ويجعل له باب في عرضه سعته شبران وعقد في مثله وتجعل فوق الباب طاقة مستديرة قطرها شبر ثم تسقف باربع خشبات وفوقها سدة

قصب

CAP. III.

De Animalibus quæ ipſi propria ſunt.

CAP. III.

HUC ſpectat *Pullorum excluſio per fimum*, ſiquidem vix videas in Ægypto pullos ex incubatione gallinæ [excluſos]. Forſan etiam illud non norunt; at quia hoc apud ipſos artificium eſt, et vivendi ratio, ex qua mercatura exercetur, et captatur lucrum, reperiuntur in qualibet eorum regione loca plura, huic operi deſtinata; dicitur que hujuſmodi locus, *Pullorum Officina*. Officina autem hæc area magna eſt, in qua extruuntur cellæ (quarum mentio futura eſt) a decem ad viginti, in quarum unaquaque ſunt bis mille ova; et cella hæc dicitur *Domus incubationis*.

Hæc autem eſt ejus deſcriptio. Conficiatur cella quadrata, cujus longitudo ſit octo ſpithamarum, latitudo ſex, altitudo quatuor; et in latitudine ejus portam colloces duarum ſpithamarum et pugni, cum pari latitudine; ſupra portam vero ponatur feneſtra rotunda, cujus diameter ſpithamalis ſit. Tum quatuor lignis obtegatur [cella];

ſupra

قصب يعني نسيجا منه وفوقه ساس وهو مشاقة الكتان
وحطبه ومن فوق ذلک الطين ثم يرصص بالطوب ويطين
ساير البيت ظاهره وباطنه واعلاه واسفله حتي لا يخرج
منه بخار وينبغي ان تتخذ في وسط السقف شباكا
سعته شبر في شبر فهذا السقف يحكي صدر الدجاجة
ثم تتخذ حوضين من طين مخمر بساس طول الحوض
ستة اشبار وعرضه شبر ونصف وسمكه عقدة اصبع
وحيطانه نحو اربع اصابع ويكون هذا الحوض لوحا
واحدا تبسطه علي ارض معتدلة وهذا الحوض يسمي
الطاجن فاذا جف الطاجنان ركبتهما علي طرفي
السقف احدهما علي وجه الباب والاخر قبالته علي
الطرف الاخر تركيبا محكما واخذت وصولهما بالطين
اخذا متقنا وينبغي ان يكون قعود الطاجنين علي
خشب السقف بحيث يماسانه وهذان الطاجنان تحاكي
بهما جناحا الدجاجة ثم يغرش البيت بقفة تبن ويمهد
ويغرش فوقه نخ خب او ديس يعني حصيرا برديا علي
مقداره سوا ثم يرصص فوقه البيض رصفا حسنا بحيث
يتماس ولا يتراكب لتتواصل الحرارة فيه ومقدار ما
يسع

CAP. III.

ſupra quæ ſit operculum arundineum, ſc. ex arundinibus contextum, ſupra hoc ſit *Saſum*, quod eſt ſtupa lini et ligna ejus, ſupra illud vero lutum. Dein eam cocto latere firmiter conſternas, et domus reliquum luto oblinas, extrinſecus et intrinſecus, ſuperne et inferne, ita ut vapor inde non exeat. Oportet etiam ut in medio tecti cancellos efficias undiquaque ſpithamales; et hoc tectum refert pectus gallinæ. Tum conficiantur duo vaſa lutea, obtecta *Saſo*; longitudo vaſis ſit ſex ſpithamarum, latitudo ſpithamæ et dimidii, et altitudo extenſionis digiti; parietes autem ejus circiter quatuor digitorum. Sitque vas hoc planities una in terra plana expanſa; atque hoc vas dicitur *Sartago*. Cum vero deſiccatæ fuerint duæ hæ ſartagines, eas duabus tecti oris ſuperne affigas, firma compoſitione, unam earum ad partem januæ, et alteram ipſi oppoſitam ad partem alteram; commiſſuræ etiam earum luto quam firmiſſime compingantur. Oportet etiam ut ſartagines ligno tecti innitantur, ita ut illud contingant; et per has duas ſartagines exprimuntur alæ gallinæ. Tum cellam cophino ſtraminis inſternas, ipſique æqualiter expanſo, ſuperſternas ſtratum aliud, ulvam videlicet aut arundinem, ſc. ſtoream junceam ejuſdem menſuræ. Tum ſupra illud ova bono ordine diſponantur, ita ut ſe mutuo contingant, nec tamen ſibi invicem inequitent, ita ut calor æque ad omnia pertingat. Quantitas autem quam capit cella hæc

jam

يسع هذا البيت المفروض الغا بيضة وهذا الفعل يسمي
الترقيد

صفة الحضان تبتدي وتسد الباب بان ترسل عليه
لبدا ممهدما ثم تسد الطاقة بساس والشباك ايضا
بساس وفوقه زبل حتي لا يبقي في البيت متنفس
للبخار وتلقي في الطاجنين من زبل البقر اليابس
تفتين وذلك ثلث ويبات وتقد فيه نار سراج من
جميع جهاته وتمهله ريثما يرجع رمادا وانت تتفقد
البيض ساعة بعد اخري بان تضعه علي عينك وتعتبر
حرارته وهذا الفعل يسمي الذواق فان وجدته يلذع
العين قلبته ثلث تقليبات في ثلث دفعات تجعل
اسفله اعلاه واعلاه اسفله وهذا يحاكي تقليب
الدجاجة للبيض بمنقارها وتفقدها اياه بعينها وهذا
يسمي السماع الاول فاذا صار الزبل رمادا ازلته وتركته
بلا نار الي نصف النهار ان كان ترقيده بكرة وان كان
ترقيده من اول الليل حرسته الي ان تحمي وتسمع
النار كالسياقة المتقدمة ثم تخلي الطاجنين من النار
الي بكرة ثم تجعل في الطاجن الذي علي باب
البيت

jam deſcripta, eſt bis mille ovorum: Diciturque hoc opus *Nidi compoſitio.* CAP. III.

Descriptio productionis. Primo januam obſtruas, immittendo ipſi filtrum bene coactum, tum feneſtram *Saſo* obſtruas, et cancellos itidem *Saſo*; ſupraque illud ſit fimus, ita ut nullibi in cella pateat vapori ſpiramen: Tum duabus ſartaginibus indas fimi bubalini cophinos duos qui tres *wibas* continent, illumque ex omni parte accendas lumine lucernæ, atque ita permittas donec in cinerem redigatur. Ova autem quolibet momento inſpicias, eaque ad oculum applicando explores ut ſe habeat calor ipſorum; hocque opus dicitur *Deguſtatio.* Quod ſi ea oculum pungere reperias, ter ea ternis vicibus invertas, ponendo quod deorſum eſt ſurſum, et quod ſurſum deorſum; hoc autem refert in gallina, ovorum roſtro ſuo converſionem, eorumque oculo ſuo inſpectionem: diciturque hoc *Auſculatio prima.* Cum vero fimus in cinerem redactus fuerit, ipſum auferas, et ova abſque igne ad meridiem uſque relinquas, ſi nidus mane compoſitus fuerit: quod ſi nidi compoſitio ſub initium noctis fuerit, obſerves eum donec incaleſcat, ignemque auſcultes modo prius dicto; tumque ſartaginem utramque igne evacues uſque ad auroram. Tum ſartagini quæ ſupra januam cellæ eſt, indas fimi cyathos tres, ſartagini

البيت من الزبل ثلثة اقداح وفي الطاجن الذي
علي صدر البيت قدحين ونصفا ومد الزبل بهرود غليظ
واطرح في كل منهما النار في موضعين منه وكلما
خرجت من البيت بعد تفقده فارخ الستر واياك وان
تشغل عنه ليلا يخرج البخار ويدخل الهوا فيفسد
العمل فاذا كان وقت العشا وصار الزبل رمادا ونزل
الدفء الي البيض اسفل البيت فغير الرماد من
الطواجن بزبل جديد مثل الاول وانت كل وقت
تلمس البيض وتذوقه بعينك فان وجدت حرارته
زايدة عن الاعتدال تلذع العين فاجعل مكان الثلثة
الاكيال لطاجن الباب كيلين وربعا وفي طاجن
الصدر كيلين فقط ولا تزال تواصل تغير الرماد وتجديد
الزبل والايقاد حتي لا ينقطع الدفء مدة عشرة ايام
بمقدار ما تكمل الشخوص بمشية الله وقدرته وذلك
نصف عمر الحيوان ثم تدخل البيت بالسراج وترفع
البيض واحدة واحدة وتقيمها بينك وبين السراج فالتي
تراها سودا ففيها الفرخ والتي تراها شبه شراب اصفر
في زجاج لا عكر فيه فهي لاح بلا بزر وتسمي الارملة
فاخرجها فلا منفعة فيها ثم عدل البيض في البيت بعد
تنقيته

CAP. III.

vero quæ ſupra interiorem cellæ partem eſt, cyathos duos cum dimidio; diſpandatur autem fimus craſſo ferramento, et utrique earum ignem duobus locis admoveas. Quotieſcunque vero poſt ovorum inſpectionem egrediaris e cella, et laxetur operculum, cavendum eſt ne illius incurioſus ſis, ita ut exeat vapor et ingrediatur aer, et corrumpatur opus. At cum advenerit tempus veſpertinum, et fimus in cinerem abierit, deſcenderitque calor ad ova in inferiori cellæ parte; ſubſtituas loco cineris qui in ſartaginibus eſt, fimum recentem priori ſimilem. At quandocunque ova palpes et oculo explores, ſi calorem eorum æquo majorem reperias, ita ut oculum feriat, indas ſartagini quæ ad januam eſt, loco trium menſurarum, duas menſuras et quartam, ſartagini vero interioris partis ſolummodo duas menſuras: non autem ceſſes ſucceſſive cinerem mutare, fimumque renovare et accendere, ita ut non intermittatur calor, per decem dierum ſpatium; quo ſpatio perficiuntur corpora, arbitrio et decreto divino. Eſtque hoc dimidium temporis quo producuntur animalia. Tum ſumpta lucerna cellam ingrediaris, et ova ſingulatim attollens, ea inter te et lucernam ſtatuas; quodcunque enim nigrum reperias, ipſi ineſt pullus; quodcunque autem reperias vinum flavum fæcibus vacuum in vitro referre, hoc hypenemium eſt abſque ſemine genitali, et ovum *viduum* dicitur; illud autem ejicias ut prorſus inutile. Tum ova in cella ordine diſponas, poſt hanc evacuationem,

تنقيته واخراج اللاح عنه وهذا الفعل يسمي التلويح
ثم تصبح بعد التلويح تنقص الزبل من العيار الاول
ملء كفك من كل حوض بكرة ومثله عشية حتي
يتصرم اليوم الرابع عشر ولم يبق من الزبل شي فحينيذ
يكمل الحيوان ويسعر وينفخ فاقطع اذا النار عنه فان
وجدته زايد الحرارة بحرق العين فافتح الطاقة التي
علي وجه الباب وخلها كذلك يومين ثم ذقه علي
عينك فان وجدته غالب الحرارة فافتح نصف الشباك
وانت مع ذلک تقلبه وتخرج البيض الذي في الصدر
الي جهة الباب والبيض الذي في جهة الباب ترده
الي الصدر حتي يحمي البارد الذي كان في
جهة الباب ويستريح الحار الذي في الصدر بشم الهوا
فيصير في طريقة الاعتدال ساعة يحمي وساعة يبرد
فيعتدل مزاجة وهذا الفعل يسمي الحضانة كما يفعل
الطير سوا وتستمر علي هذا التدبير دفعتين في النهار
ودفعة في الليل الي تمام تسعة عشر يوما فان الحيوان
ينطق في البيض بقدرة الله تعالي وفي يوم العشرين
يطرح بعضه ويكسر القشر ويخرج وهذا يسمي التطريح
وعند تمام اثنين وعشرين يوما يخرج جميعه واحد
الاوقات

cuationem, et hypenemiorum ejectionem; Hoc autem opus dicitur *Depurgatio*. Tum mane accedens poſt peractam depurgationem, fimum a priori menſura, pugillo diminuas, ex utroque vaſe, mane, et veſperi pari quantitate, uſque ad diem decimum quartum completum, quo tempore non ſupererit fimi quicquam: tum perficiuntur animalia, et ſe movent, ſpirantque; tum vero ignem inde amoveas. Quod ſi ova calida nimium reperias, ita ut oculum urant, recludas feneſtram quæ eſt ſupra januam, atque ita eam per duos dies permittas; tum ea iterum oculo explores, et ſi valde calida reperias, aperias cancellorum dimidium, et una [partes] mutes, educaſque ova quæ in interiori parte erant, ad partem januæ, et ova quæ juxta januam erant, in partem interiorem transferas: ita ut incaleſcant frigida quæ juxta januam erant, et refrigerentur calida, quæ in interiore parte erant, aeris acceſſu; et æquis vicibus nunc calefiant, nunc refrigerentur, æqualiſque ſint temperaturæ: Hoc autem dicitur *Incubatio*; eodem prorſus modo ac aves faciunt. Hunc vero ordinem obſerves, bis interdiu, et ſemel noctu, ad completos dies novemdecim; tumque ex decreto Dei excelſi intra ova pipiunt animalia. Quidam etiam e pullis die vigeſimo rejiciunt teſtam, rumpuntque, et prodeunt; et hoc dicitur *Teſtæ rejectio:* at ubi completi fuerint dies viginti duo, prodeunt omnes. Tempora vero quæ huic operi optimum

CAP. III.

ſucceſſum

الاوقات عاقبة لعمله امشير وبرمهات وبرمودة وذلك في
شباط واذار ونيسان لان البيض في هذا المدة يكون
غزير الما كثير البزرة صحيح المزاج والزمان معتدل صالح
للنشء والكون وينبغي ان يكون البيض طريا وفي هذه
الاشهر يكثر البيض ايضا

ومن ذلك الحمير والحمير بمصر فارهة جدا وتركب
بالسروج وتجري مع الخيل والبغال النفيسة ولعلها
تسبقها وهي مع ذلك كثيرة العدد ومنها ما هو
عال بحيث اذا ركب بسرج اختلط مع البغلات
يركبه روسا اليهود والنصاري يبلغ ثمن الواحد منها
عشرين دينارا الي اربعين

واما بقرهم فعظيمة الخلق حسنة الصور ومنها صنف
هو احسنها واغلاها قيمة يسمي البقر الخيسية وهي
ذوات قرون كانها القسي غزيرات اللبن

واما خيلها فعتاق سابقة ومنها ما يبلغ ثمنه الف
دينار الي اربعة الاف وهم ينزون الخيل علي الحمير
والحمير علي الخيل فتاتي البغلة وامها اتان ولكن
هذا

ucceſſum præſtant, ſunt *Amſhir* et *Barmohat*, et *Barmudat*; eſtque hoc in *Shabat*, et *Adar*, et *Niſan*: ova ſiquidem his temporibus humiditatem copioſam habent, et ſpermatis genitalis multum, perfectæ etiam ſunt temperaturæ: oportet etiam ut ova recentia ſint; et his menſibus plura ova ponuntur.

Ex his etiam ſunt *Aſini*; aſini autem in Ægypto valde agiles ſunt, ſelliſque inſtrati inequitantur; curſu cum equis certant muliſque magni pretii; forſan etiam eos ſuperant: illi vero nihilominus numero multi ſunt. Sunt autem ex iis qui celſitudine præſtant, ita ut ubi ſellis ornati inequitantur, admiſceantur mulis; hos inequitant Judæorum et Chriſtianorum præcipui; pretiumque unius a viginti aureis ad quadraginta aſſurgit.

Quod autem ad *Boves* ipſorum; ſtatura magnæ ſunt, forma egregiæ; eſtque ex iis genus quoddam optimum, et pretio cariſſimum, quæ dicuntur boves *Al Chiſiah*; hæ autem cornua habent arcuata, ſuntque lactis abundantes.

At quod ad *Equos* ejus; generoſi ſunt, curſu præſtantes; ſuntque ex iis quorum pretium a mille denariis ad quater mille pertingit. Illi autem equos aſinis immittunt, et aſinos equabus, et inde prodit mulus; cujus ſi

mater

هذا البغال لا تكون عظيمة الخلق كالتي اماتها
حجورة لان الام هي التي تعطي المادة

ومن ذلك التماسيح والتماسيح كثيرة في النيل
وخاصة في الصعيد الاعلي وفي الجنادل فانها تكون
في الما وبين صخور الجنادل كالدود كثيرة وتكون
كبارا وصغارا وينتهي في الكبر الي نيف وعشرين
ذراعا طولا وتوجد في سطح جسده مما يلي بطنه سلعة
كالبيضة تحتوي علي رطوبة دموية وهي كنافجة المسك
في الصورة والطيب وخبرني الثقة انه يندر فيها ما
يكون في علو المسك لا ينقص عنه شيا والتمساح
يبيض بيضا شبيها ببيض الدجاج ورايت في كتاب
منسوب الي ارسطو ما هذه صورته قال التمساح كبذه
تهيج الجماع وكليتاه وشحمه في ذلك ابلغ ولا يعمل
في جلده الحديد ومن فقار رقبته الي ذنبه عظم
واحد ولهذا اذا انقلب علي ظهره لم يقدر ان يرجع
قال ويبيض بيضا طويلا كالاوز ويدفنه في الرمل فاذا
فاذا اخرج كان كالحرازين في جسمها وخلقتها ثم
يعظم حتي يكون عشر اذرع وازيد ويبيض ستين بيضة
لان

mater aſina ſit non ſit ita ſtatura magnus, ac ille cujus mater equa eſt; mater enim eſt quæ dat materiam. CAP. III.

Ex his etiam ſunt *Crocodili:* crocodili autem in Nilo multi ſunt, præſertim in ſuperiore *Thebaide*, et in *Gennadel*; illi ſiquidem in aquis degunt, et inter ſaxa *Gennadel* vermium ritu abundant; ſuntque tam magni quam parvi; magnitudine autem, ultra viginti cūbitos longi evadunt. Reperitur in ſuperficie corporis ejus, juxta ventrem, glandula ad inſtar ovi, ex humore ſanguineo compoſita, quæ eſt veluti veſicula moſchi, et forma et præſtantia; et narravit mihi fide dignus, quandoque ex iis eſſe, quæ ſummum moſchi gradum exæquent neque ipſi omnino cedant. Parit etiam ova crocodilus, ovis gallinaceis ſimilia; et vidi in libro quodam Ariſtoteli attributo, verba quæ ita ſonant. Crocodili, inquit, jecur excitat venerem, renes vero, et adeps eorum ad hoc magis efficaces ſunt; pellem ipſius ferrum non penetrat, et a vertebris colli ejus ad caudam uſque eſt os unum; ideoque ſi in dorſum reſupinetur, nequit reſurgere. Parit etiam, inquit, ova longa, veluti anſerina, quæ in arena occultat; et cum prodit, eſt inſtar lacertorum, *Hardhun* dictorum, corpore et forma; tum augeſcit, donec fiat decem cubitorum et amplius; parit etiam ſexaginta ova, natura enim ejus ſexagenis gaudet;

لان خلقته تجري علي ستين سنا وستين عرقا واذا
سغد امني ستين مرة وقد يعيش ستين سنة

ومن ذلک الدلغين ويوجد في النيل وخاصة
قرب تنيس ودمياط

ومن ذلک الاسقنقور ويكون بالصعيد وباسوان
كثيرا ويكون من تناح التمساح في البر وهو صنف
من الورل بل هو ورل الا انه قصير الذنب والورل
وتمساح والحرذون والاسقنقور وسميكة صيدا لها كلها
شكل واحد وانما تختلف بالصغر والكبر والتمساح
اعظمها وسميكة صيدا اصغرها تكون بقدر الاصبع
وتصلح لما يصلح له الاسقنقور من تسخين الاعضا والانعاظ
وكان التمساح ورل بحري والورل تمساح بري والجميع
يبيض بيضا والسقنقور يكون بشطوط النيل ومعيشته
في البحر السمک الصغار وفي البر العظا ونحوه ويسترط
غذاه استراطا ويوجد لذكورته خصيان كخصيي
الديكة وفي مقدارهما ومواضعهما واناثه تبيض فوق
العشرين بيضة وتدفنها في الرمل فيكمل كونها بحرارة
الشمس فعلي هذا انما هو نوع براسه وقال ديسقوريذس
انه

det; habetque ſexaginta dentes et ſexaginta nervos; et cum coit, ſexagies ſemen emittit, vivitque etiam ſexaginta annos. CAP. III.

Ex his etiam eſt *Delphinus*, qui reperitur in Nilo, præcipue prope *Tanis* et *Damiatam*.

Ex his etiam eſt *Scincur*, eſtque in *Thebaide* et *Aſwanæ* frequens; eſt vero crocodili progenies terreſtris, eſtque ſpecies *Waral*, imo ipſe *Waral* eſt, niſi quod ſit cauda curta. *Waral* autem, et Crocodilo, et *Hardhun*, et *Somikat Sida*, [hoc eſt piſciculo Sidonio] omnibus una forma eſt, verum differunt ſecundum parvitatem et magnitudinem; Crocodilus autem maximus eſt, et *Somikat Sida* minimus. Eſt vero hæc menſuræ digitalis, et eidem uſui inſervit ac *Scincur*; ſc. ad calefacienda membra, et excitandam venerem; eſtque crocodilus veluti *Waral* fluviatilis, et *Waral* veluti crocodilus terreſtris; omnes etiam ova pariunt. Degit *Scincur* in ripis Nili, et victus ejus in fluvio ſunt piſciculi; lacerti autem *Atha* dicti, et hujuſmodi in arida. Cibum ſuum vorat, et in maribus eorum reperiuntur bini teſticuli, inſtar teſticulorum galli, eorumque quantitate et ſitu; fœminæ autem ejus ultra viginti ova pariunt, eaque in arena abſcondunt; fœtura vero a ſole perficitur, hincque fit ut ſpecies ſint ſingularis. Dicit autem *Dioſcorides*, eum in tractibus *Al Culzam* reperiri, et

انه يكون بنواحي القلزم وبمواضع من بلاد الهند وبلاد
الحبشة ويفارق الورل بماواه فان الورل جبلي والسقنقور
بري ماي لانه يدخل في ما النيل ثم ان ظهر الورل
خشن صلب وظهر السقنقور لين ناعم ولون الورل اصفر
اغبر ولـون السقنقور مدبج بصفرة وسواد والمختار من
الاسقنقور انما هو الذكر دون الانثي ويصاد في الربيع
لانه وقت هيجانـه للسفاد فاذا اخذ ذبح في مكانه
وقطعت اطـرافـه ولا يستقصي قطع ذنبه ويشق جوفه
ويخرج حشـوته الا كشيته وكلاه ثم يحشي ملحا
ويخاط ويعلق في الظل حتي يجف ويرفع ويسقي من
كلاه ومتنه وشحمه وسرته من مثقال الي ثلثة مثاقيل
بما العسل او بمطبوخ او بصفرة بـيض نيمرشت وحده
او مع بزر جرجير وخصي ديوك مجفف مدقوق وقد
يفعل ملحه ذلك اذا خلط بالادوية البابية وقد يركب
مع غيره من الادوية الا ان استعماله مفردا اقوي له

ومن ذلك فرس البحر وهذه توجد باسافل الارض
وخـاصـة ببحر دمياط وهو حيوان عظيم الصورة هايل
المنظر شديد الباس يـتـتبع المراكب فيغرقها ويهلك
من

CAP. III.

in aliquot locis regionum *Indiæ* et regionum *Habiſſinorum*. Differt a *Waralo* reſpectu loci ubi degit; *Waral* enim montium incola eſt, *Scincur* vero campeſtris eſt et aquatilis, ſiquidem aquas Nili ingreditur; dein quod tergum *Warali* aſperum ſit et durum, tergum autem *Scincuri* molle et tenerum; color etiam *Warali* ex flavo cineritius eſt, color vero *Scincuri* flavo et nigro variegatus. Ex *Scincuris* autem præſtantiores ſunt mares fœminis. Vere capiuntur, quia illa tempeſtas eſt qua coitum appetunt: et cum capitur, eodem loci occiditur, amputanturque extrema ejus, cauda autem non penitus abſcinditur. Venter etiam diſſecatur, et educuntur viſcera ejus, præter omentum et renes: tum ſale repletur, conſuiturque, et in umbra ſuſpenditur donec deſiccetur; tum inde tollitur et bibendum datur ex renibus, dorſo, adipe, et umbilico ejus a pondere *methcal* ad tria *methacil* cum aqua mellis, aut vino decocto, aut vitello ovi ſorbilis, ſive per ſe, ſive una cum ſemine erucæ, et teſticulis galli deſiccatis contuſiſque. Idem etiam præſtat ſal ejus, ubi admiſcetur aliis medicamentis venerem excitantibus; componitur autem cum aliis medicamentis, niſi quod ſi ſolum adhibeatur, ad hoc efficacius ſit.

Ex his etiam eſt *Hippopotamus*: hic autem reperitur in inferioribus terræ tractibus, præſertim in fluvio *Damiatæ*. Eſtque animal mole magnum, aſpectu terrible, robore præſtans; naves aſſequitur eaſque ſubmergit, et ſiquas earum invadat, pereunt: eſt autem bubalis quam equo ſi-

من ظفر به منها وهو بالجاموس اشبه منه بالفرس لكنه
ليس له قرن وفي صوته صحلة يشبه صهيل الفرس بل
البغل وهو عظيم الهامة هريت الاشداق حديد الانياب
عريض الكلكل منتفج الجوف قصير الارجل شديد
الوثب قوي الدفع مهيب الصورة مخوف الغايلة وخبرني
من اصطادها مرات وشقها وكشف عن اعضايها الباطنة
والظاهرة انها خنزير كبير وان اعضاها الباطنة والظاهرة
لا تغادر من صورة الخنزير شيا الا في عظم الخلقة
ورايت في كتاب نيطواليس في الحيوان ما يعضد
ذلك وهذه صورته قال خنزيرة الما تكون في بحر مصر
وهي تكون في عظم الفيل وراسها يشبه راس البغل
ولها شبه خف الجمل قال وشحم متنها اذا اذيب ولت
بسويق وشربته امراة اسهنها حتي تجوز المقدار وكانت
واحدة ببحر دمياط قد ضربت على المراكب تغرقها
وصار المسافر في تلك الجهة مغررا وضربت اخري بجهة
اخري علي الجواميس والبقر وبني ادم تقتلهم وتفسد
الحرث والنسل واعمل الناس في قتلها كل حيلة من
نصب الحبايل الوثيقة وحشد الرجال باصناف السلاح
وغير ذلك فلم يجد شيا فاستدعي بنفر من المريس
صنف

milior, niſi quod non ſint ipſi cornua. Ineſt voci ejus raucedo, ſimilis hinnitui equino, aut muli potius; eſtque magno capite, amplis faucibus, acutis dentibus, lato pectore, ventre tumido, curtis cruribus, inſultu ferox, impetu fortis, terribilis forma, fraudulentia metuendus. Narravit autem mihi qui eos ſæpius venatus eſt, diſſecuitque, et membra eorum tam interna quam externa exploravit; eſſe eum porcum magnum, et partes ejus tam internas, quam externas, ne minimum quidem a porco forma differre, ſolummodo magnitudine dimenſionis. Vidi etiam in libro *Nitowalis* 'De animalibus' quod huic fidem facit, cujus apographum hoc eſt: Eſt, inquit, porcus fluviatilis in fluvio Ægypti, eſtque ille magnitudine elephanti; caput autem ejus ſimile eſt capiti mulino, eſtque ipſi ſimilitudo ungulæ camelinæ. Dicit etiam, Si adeps dorſi ejus liquefiat, eumque ptiſanæ immiſtum bibat fœmina, fore, ut eam ita pinguem reddat, ut modum excedat. Fuit autem horum unus in flumine *Damiatæ*, qui in naves impetum fecit, eas ſubmergendo, ita ut viatores, qui ex hac parte iter fecerunt, magnum diſcrimen ſubirent; alius etiam ex parte altera, impetum fecit in bubalos, et boves, et homines, eos occidendo; ſata etiam perdidit et ſtirpes terræ. Homines autem omni arte eniſi ſunt ut eos interimerent, retia firma tendentes; convenerunt etiam viri cum variis armorum generibus, rebuſque aliis, nec quicquam profecerunt. Accerſiverunt autem turmam hominum a *Maris*, qui

CAP. III.

صنف من السودان زعموا انهم يحسنون صيدها وانها
كثيرة عندهم ومعهم مزاريق فتوجهوا نحوهما فقتلوهما
في اقرب وقت وباهون سعي واتوا بهما الي القاهرة
فشاهدتهما فوجدت جلدها اسود اجرد ثخينا جدا
وطولها من راسها الي ذنبها عشر خطوات معتدلات وهي
في غلظ الجاموس نحو ثلث مرات وكذلك رقبتها
وراسها وفي مقدم فيها اثنا عشر نابا ستة من فوق وستة
من اسفل المتطرفة منها نصف ذراع زايد والمتوسطة
انقص بقليل وبعد الانياب اربعة صفوف من الاسنان
علي خطوط مستقيمة في طول الفم في كل صف عشرة
كامثال بيض الدجاج المصطفة صفان في الاعلي وصفان
في الاسفل علي مقابلتهما واذا فغر فوها وسع شاة كبيرة
وذنبها في طول نصف ذراع زايد اصله غليظ وطرفه
كالاصبع اجرد كانه عظم شبيه بذنب الورل وارجلها
قصار طولها نحو ذراع وثلث ولها شبيه بخف البعير
الا انه مشقوق الاطراف باربعة اقسام وارجلها في غاية
الغلظ وجملة جثتها كانها مركب مكبوب لعظم منظرها
وبالجملة هي اطول واغلظ من الفيل الا ان ارجلها
اقصر

qui genus quoddam *Nigritarum* erant, quique afferebant se horum venationem callere, et inter se frequentes esse ipsos. Erant autem ipsis hastæ breves, quibus versus eos tendebant, et utrumque interemerunt brevi tempore, operaque facillima. *Kahiram* etiam cum iis appulerunt, ubi ipse eos aspexi: reperi autem pellem eorum nigram, glabram, crassam admodum: longitudo unius eorum a capite ad caudam erat decem passuum mediocrium, eratque circiter terna bubali crassitudine; par etiam erat colli capitisque ratio. In anteriori vero oris parte erant ipsi duodecim dentes majores, quorum extimi dimidium cubiti excedebant, medii autem paulo minores erant; et post hos dentes majores, quatuor erant dentium ordines, linea directa per longitudinem oris, decem in singulis ordinibus, quasi ova gallinacea essent, dispositis. Duo autem ordines superne erant, et duo inferne, sibi ex adverso oppositi; et cum os suum diduceret, ovem magnam capiebat. Cauda ejus dimidii cubiti majoris erat, radice crassa; et extremitas ejus erat quasi digitus, glabra sicut os, similis caudæ *Warali*; crura autem curta erant, eratque longitudo eorum circiter cubiti, et tertiæ partis; eratque ipsi similitudo ungulæ camelinæ, nisi quod extremitates in quatuor partes finderentur. Crura vero valde crassa erant, et cadaver universum, aspectus magnitudine, navim inversam referebat. Summatim longior est, et crassior elephante, nisi quod crura ejus multo breviora sint cruribus

CAP. III.

اقصر من ارجل الغيل بكثير ولكن في غلظها او
اغلظ منها

ومن ذلك السمكة المعروفة بالرعاد لانه من
امسكها وهي حية ارتعد رعدة لا يمكنه معها ان
يتماسك وهي رعدة بقرة وخدر شديد وتنبل في
الاعضا وثقل بحيث لا يقدر ان يملك نفسه ولا ان
يمسك بيده شيا اصلا ويتراقي الخدر الي عضده
وكتفه والي جنبه باسره حين ما يلمسها ايسر لمس
في اسرع وقت وخبرني صيادها انها اذا وقعت في
الشبكة اعتري الصياد ذلك اذا بقي بينه وبينها
مقدار شبر او اكثر من غير ان يضع يده عليها وهي
اذا ماتت بطلت هذه الخاصة منها وهي من السمك
الذي لا تغليس له ولحمها قليل الشوك كثير
الدسم ولها جلد ثخين في ثخن الاصبع ينسلخ عنها
بسهولة ولا يمكن اكله ويوجد فيها الصغير والكبير
ما بين رطل الي عشرين رطلا وذكر من يكثر
السباحة بنواحيها انها اذا نفحت بدن السابح خدر
الموضع اين كان ساعة بحيث يكاد يسقط ويكثر
باسافل الارض وبالاسكندرية

واما

elephanti; verum ejuſdem ſunt cum ipſis aut majoris craſſitudinis. CAP. III.

Ex his etiam eſt Piſcis dictus *Torpedo*; quicunque enim eum, dum vivit, prehenderit, torpore corripitur, præ quo, nihil manu retinere poteſt. Torporem etiam hunc frigus magnum comitatur, et ſtupor vehemens, formicatio item in membris, et gravitas, ita ut homo non ſit ſui compos, nec poſſit quicquam omnino manu prehendere; ſtupor vero hic in lacertum et humerum, et latus univerſum, quandocunque ipſum vel leviter tetigerit, citiſſime ſubrepit. Narravit etiam mihi quidam eum captare ſolitus, ubi in rete inciderit, hoc piſcatori accidere, licet ſit inter ipſum et illam ſpithamæ quantitas, aut amplius, neque ipſi manum admoverit; ubi autem mortuus fuerit, ceſſat ab eo hæc proprietas. Eſt autem e piſcibus ſquammas non habentibus; caro ejus paucorum offium eſt, et multæ pinguedinis; eſt autem cutis ejus craſſa, craſſitudine digitali; facile ipſi detrahitur, at edi nequit. Reperiuntur ex his parvi et magni, a rotalo ad viginti rotalos; et narravit mihi qui ſæpe in illis tractibus natare ſolebat, ſi natantis corpus afflet, illico, ubicunque ſit, ſtupere locum, ita ut parum abſit quin decidat: plures autem ſunt in inferioribus terræ partibus, et *Alexandriæ*.

واما اصناف السمك عندهم فكثيرة لانه يجتمع اليهم سمك النيل وسمك البحر الملح ولا يغي القول بنعتها لكثرة اصنافها واختلاف اشكالها والوانها ومنها الصنف المسمي عندهم ثعبان الما وهي سمكة كالحية سوا طولها ما بين ذراع الي ثلث اذرع

ومنها السرب وهي سمكة تصاد من بحر الاسكندرية بحدث لاكلها حلام ردية مفزعة ولا سيما الغريب ومن لم يعتدها والاحدوثات المضحكة فهي مشهورة

ومن ذلك الترسة وتسمي لجاة وهي سلحفاة عظيمة وزنها نحو اربعة قناطير الا ان جفنتها اعني عظم ظهرها كالترس له افاريز خارجة عن جسمها نحو الشبر ورايتها بالاسكندرية يقطع لحمها ويباع كلحم البقر وفي لحمها الوان مختلفة ما بين اخضر واحمر واصفر واسود وغير ذلك من الالوان وتخرج من جوفها نحو اربع ماية بيضة كبيض الدجاج سوا الا انه لين القشر واتخذت من بيضها عجة فلما جمد صار الوانا ما بين اخضر واحمر واصفر شبيها بالوان اللحم

ومن

CAP. III.

Quod vero ad genera *Piſcium* apud ipſos, multa ſunt; illuc enim confluunt piſces Nili et piſces maris ſalſi; nec ſufficiunt verba deſcriptioni eorum, ob multitudinem ſpecierum, et varietatem formarum eorum, colorumque. Ex his vero eſt genus, quod apud ipſos *Draco marinus* dicitur; eſtque piſcis hic prorſus quaſi ſerpens, eſtque longitudo ejus a cubito ad tres cubitos.

Ex his etiam eſt piſcis *Al Sarbo*; eſtque hic piſcis qui capitur in mari *Alexandrino*, ex cujus eſu contingunt ſomnia mala, terrifica, præcipue peregrinis, qui ei non aſſueti ſunt, et contingentia ridicula; hic autem bene notus eſt.

Ex his etiam eſt piſcis clypeatus, qui *Lajato* dicitur; eſtque hic teſtudo magna, cujus pondus eſt circiter quatuor centenariorum; niſi quod concha ejus, ſc. tergum oſſeum ipſi clypei inſtar ſit, ex cujus corpore eminent prominentiæ circiter ſpithamales. Vidi autem carnem ejus *Alexandriæ* in partes diſſectam, et vænum expoſitam, velut carnem bovinam; inerantque carni ejus colores varii, inter viridem, rubrum, flavum, et nigrum, alioſque colores. Prodeunt e ventre ejus circiter quadringenta ova, ovis gallinaceis prorſus ſimilia, niſi quod ſint molli putamine; et ex ovis ejus laganum conficiunt, quod cum concretum fuerit, coloris eſt inter viridem, rubrum, et flavum, quales erant carnis colores.

Ex

CAP. III

ومن ذلك الدلينس وهو صدف مستدير الي
الطول اكبر من الظفر ينشق عن رطوبة مخاطية
بيضا ذات نكتة سودا يعافها الناظر وفيه ملوحة عذبة
زعموا ويباع بالكيل

الفصل

CAP. III.

Ex his etiam eſt *Al Dalinſo*, eſtque ea concha marina, ovata, ungula pecorina major, cui ſubeſt humor mucilaginoſus, albus, punctis nigris variegatus; qui eam intuetur, averſabitur; ineſt autem ipſi ſalſedo grata, uti aſſerunt, vænitque ad menſuram.

CAP.

الفصل الرابع
في اقتصاص ما شوهد من اثارها القديمة

اما ما يوجد بمصر من الاثار القديمة فشي لم ار ولم اسمع بمثله في غيرها فاقتصر علي اعجب ما شاهدته

فمن ذلک الاهرام وقد اکثر الناس من ذکرها ووصفها ومساحتها وهي کثيرة العدد جدا وکلها ببر الجيزة وعلي سمت مصر القديمة ويمتد في نحو مسافة يومين وفي بوصير منها شي کثير وبعضها کبار وبعضها صغار وبعضها طين ولبن واکثرها حجر وبعضها مدرج واکثرها مخروط املس وقد کان منها بالجيزة عدد کثير لکنها صغار فهدمت في زمن صلاح الدين يوسف بن ايوب علي يدي قراقوش بعض الامرا وکان خصيا روميا سامي الهمة وکان يتولي عماير مصر وهو الذي بني السور من الحجارة محيطا بالفسطاط والقاهرة

CAP. IV.

Deſcribit monumenta antiqua quæ in ea cernuntur.

CAP. IV.

EA ſunt Monumenta antiqua, quæ in Ægypto reperiuntur, ut neque viderim neque audiverim terrarum alibi, quicquam ipſis par; ego eorum quæ ipſe præſens aſpexi maxime admirandis contentus ero.

Ex his ſunt Pyramides; plurimum autem elaborarunt homines in earum commemoratione, deſcriptione, et dimenſione. Suntque illæ numero plurimæ, omnes in deſerto *Al Gizæ*, e regione *Meſræ antiquæ*; extendunturque ad circiter duorum dierum iter. Sunt etiam multæ earum in *Buſira*; et quædam harum magnæ ſunt, quædam luto et latere ſtructæ, pleræque vero lapideæ; quædam earum gradatæ ſunt, plurimæ vero læviter acuminatæ. Fuit autem in *Al Giza* magnus earum numerus; at parvæ erant, et dirutæ ſunt tempore *Salah Oddin Joſephi Ebn Job*, auſpiciis *Caracuſi*, cujuſdam ex principibus. Hic vero Eunuchus Græcus fuit, elato animo, qui præfuit Ægyptiis: hic etiam fuit, qui murum lapideum extruxit, qui *Al Foſtatam* et *Al Kahiram*, quodque ea interjacet, arcemque

والقاهرة وما بينهما وبالقلعة التي علي المقطم وهو ايضا
الذي بني القلعة وانبط فيها البيرين الموجودتين اليوم
وهما ايضا من العجايب وينزل اليهما بدرج نحو
ثلثماية درجة واخذ حجارة هذه الاهرام الصغار وبني
بها القناطر الموجودة اليوم بالجيزة وهذه القناطر من
الابنية العجيبة ايضا ومن اعمال الجبارين وتكون
نيفا واربعين قنطرة وفي هذه السنة وهي سنة سبع
وتسعين وخمس ماية تولي امرها من لا بصيرة عنده
فسدها رجا ان يحتبس الما فيروي الجيزة فقويت عليها
جرية الما فزلزلت منها ثلث قناطر وانشقت ومع ذلک
فلم يرو ما رجا ان يروي وقد بقي من هذه الاهرام
المهدومة قلبها وحشوتها وهي ردم وحجارة صغار لا تصلح
للقناطر فلاجل ذلک تركت

واما الاهرام المتحدث عنها المشار اليها الموصوفة
بالعظم فثلثة اهرام موضوعة علي خط مستقيم بالجيزة
قبالة الفسطاط وبينها مسافات يسيرة وزواياها متقابلة
نحو المشرق واثنان منها عظيمان جدا وفي قدر واحد
وبهما اولع الشعرا وشبهوهما بنهدين قد نهدا في صدر
الديار المصرية وهما متقاربان جدا ومبنيان بالحجارة
البيض

etiam quæ eſt juxta *Al Mokattem*, cingit: hic etiam fuit qui arcem extruxit, duoſque in ea puteos fodit, qui hodie reperiuntur. Sunt autem illi inter admiranda; ſiquidem ad eos gradibus circiter trecentis deſcenditur. Sumpſit etiam lapides harum parvarum pyramidum, iiſque pontes (ſeu arcus) extruxit, qui hodie in *Al Giza* reperiuntur: ſuntque hi pontes ſtructuræ mirandæ, et opera magnifica; erant enim ultra quadraginta arcus. At hoc anno, qui annus eſt quingenteſimus nonageſimus ſeptimus, præfuit rebus Ægyptiacis vir parum perſpicax, qui eos obſtruxit, ſperans ſe aquam retenturum, qua *Al Gizam* irrigaret. Prævaluit autem ipſis aquarum torrens, ita ut tres arcus loco moverentur, perfringerenturque; cum neque illud irrigaret, quod ſe irrigaturum ſperaverat. Supererant autem harum pyramidum medium et interiora, quæ cum rudera eſſent, et lapides minuti, pontibus reficiendis inepti, relicta ſunt. CAP. IV.

Quod vero ad Pyramides, quas celebrant homines, indigitantque, et ob magnitudinem deſcribunt; tres ſunt pyramides linea directa, in *Al Giza*, ex adverſo *Al Foſtatæ*, exiguo intervallo diſtantes, anguloſque habentes ſibi invicem oppoſitos verſus orientem. Duæ vero harum valde magnæ ſunt, eadem quantitate; atque de his multa fingunt poetæ, eaſque duabus mammis comparant, in pectore regionis Ægyptiacæ prominentibus. Suntque hæ propin-

البيض واما الثالث فينقص عنهما بنحو الربع لكنه
مبني بحجارة الصوان الاحمر المنقط الشديد الصلابة
ولا يوثر فيه الحديد الا في الزمن الطويل وتجده
صغيرا بالقياس الي زينک فاذا قربت منه وافردته بالنظر
هسالک مراه وحسر الطرف عند تامله وقد سلک في
بناية الاهرام طريق عجيب من الشكل والاتقان ولذلک
صبرت علي مر الزمان بل علي مرها صبر الزمان
فانک اذا تبحرتها وجدت الاذهان الشريفة قد استهلكت
فيها والعقول الصافية قد افرغت عليها مجهودها والانفس
النيرة قد افاضت عليها اشرف ما عندها لها والملكات
الهندسية قد اخرجتها الي الفعل مثلا هي غاية امكانها
حتي انها تكاد تحدث عن قومها وتخبر بحالهم وتنطق
عن علومهم واذهانهم وتترجم عن سيرهم واخبارهم وذلک
ان وضعها علي شكل مخروط يبتدي من قاعدة
مربعة وينتهي الي نقطة ومن خواص الشكل المخروط
ان مركز ثقله في وسطه وهو يتساند علي نفسه
ويتواقع علي ذاته ويتحامل بعضه علي بعض فليس
له جهة اخري خارجة عنه يتساقط عليها ومن عجيب
وضعه انه شكل مربع قد توبل بزواياه مهاب
الرياح

CAP. IV.

quæ admodum, lapide albo extructæ. At quod ad tertiam, illa duabus his minor eſt, circiter quarta ſui parte; verum marmore rubro ſtructa, punctis inſignito, duro admodum, ita ut ferrum, niſi longo tempore, nullam ipſi notam imprimat. Et hanc quidem, reſpectu ad duas illas, menſura parvam reperies; ſi vero prope accedens, eam ſeorſim contempleris, terret te aſpectus ejus, hebeſcitque oculus ex ipſius contemplatione. Mira etiam adhibita eſt ratio in pyramidum ſtructura, quod ad formam et firmitatem earum: ideoque adverſus temporis viciſſitudines durant, imo durat tempus adverſus earum viciſſitudines. Quin ſi eas altius perpendas, reperies ingenia præclara in eas ſe abſumſiſſe, et intellectus perſpicaces facultates ſuas exhauſiſſe, animaſque illuſtres quantum in ſe erat contendiſſe, habituſque geometricos eas in actum produxiſſe, ut ſumma virium ſuarum argumenta; ita ut parum abſit, quin ipſæ ſtructores ſuos loquantur, et qui viri fuerint enarrent, eorumque ſcientias et ingenia prædicent, moreſque eorum et hiſtoriam exhibeant. Hocque, quod fabrica earum juxta figuram conicam faſtigiata ſit, a baſi quadrata incipiens et in punctum deſinens. Eſt autem ex proprietatibus figuræ pyramidalis, ut centrum gravitatis in medio ejus ſit, ſibique innitatur, et in ſe coincidat, parſque ejus una ab alia ſuſtentetur, cum non ſit ipſi latus aliquod extra ſe prodiens, in quod ſe reclinet. Eſt etiam ex mirandis ſtructuræ hujus, quod cum formæ quadratæ ſit, angulis

الرياح الاربع فان الريح تنكسر سورتها عند مصادمتها
الزاوية وليست كذلك عند ما تلقي السطح

ولنرجع الي ذكر الهرمين العظيمين فان المساح
ذكروا ان قاعدة كل منهما اربعماية ذراع طولا في
مثلها عرضا وارتفاع عمودها اربع ماية ذراع وذلك كله
بالذراع السودا وينقطع المخروط في اعلاه عند سطح
مساحته عشر اذرع في مثلها واما الذي شاهدته من
حالهما فان راميا كان معنا رمي سهما في قطر احدهما
وفي سمكه فسقط السهم دون نصف المسافة وخبرنا ان
في القرية المجاورة لهما قوما قد اعتادوا ارتقا الهرم بلا
كلفة فاستدعينا رجلا منهم ورضخنا له بشي فجعل
يصعد فيها كما يرقي احدنا في الدرج بل اسرع
ورقي بنعليه واثوابه وكانت سابغة وكنت امرته انه اذا
استوي علي سطحه قاسه بعمامته فلما نزل ذرعنا من
عمامته مقدار ما كان قاس فكان احدي عشرة ذراعا
بذراع اليد ورايت بعض ارباب القياس قال ارتفاع
عمودها ثلثماية ذراع ونحو سبع عشرة ذراعا يحيط به
اربعة

gulis ſuis ex adverſo quatuor ventorum afflatui occurrat; ſiquidem frangitur ventorum impetus, cum ad angulos alliduntur, non vero ita ſe habet, cum in planum irruant. CAP. IV.

Ut vero revertamur ad mentionem duarum harum majorum pyramidum: utique qui eas dimenſi ſunt, retulerunt baſim utriuſque earum eſſe quadringentos Cubitos longam, cum pari latitudine; altitudinem etiam columnæ ejus eſſe quadringentos Cubitos, et hoc omne *cubito Nigritæ*. Definit autem pyramis, a ſuperiore ſui parte, in planum, cujus dimenſio undiquaque eſt decem cubitorum. Quodque ipſe de ſtatu earum vidi, hoc eſt; ſc. ſagitarium qui nobiſcum erat, juxta unam earum, ſagittam in altum emiſiſſe, decidiſſe vero ſagittam infra ſpatii dimidium. Et cum dictum nobis foret, eſſe homines in pago illis vicino, qui ſolebant pyramidem non multo conamine aſcendere; quendam eorum evocavimus, parvula data mercede. Cœpit autem aſcendere, ut noſtrum aliquis ſcalas aſcenderet, imo celerius; aſcendit etiam cum calceis, et veſtimentis, quæ ampla valde erant. Juſſi vero eum, ut cum in ſummitatis plano eſſet, illud faſcia ſua metiretur; et cum deſcenderet, cubito de faſcia remenſi ſumus, quantum ille prius menſuraſſet, eratque hoc undecim cubiti, *cubito manus*. Vidi autem quendam menſurandi peritum dicere; altitudinem columnæ ejus eſſe

trecentos

اربعة سطوح مثلثات الاضلاع طول كل ضلع منها اربع
مايـة ذراع وستون ذراعا واري هذا القياس خطا ولو
جعل العمود اربع ماية ذراع لصح قياسه وان ساعدت
المقادير توليت قياسه بنفسي وفي احد هذين الهرمين
مدخل يلجه الناس يفضي بـهـم الي مسالك ضيقة
واسراب متـنافذة وابار ومهالك وغير ذلك مما يحكيه
من يلجه ويتوغله فان ناسا كثيريـن لـهـم غرام به
وتخيل فيه فيوغلون في اعماقه ولا بد ان ينتهوا الي
ما يعجـزون عن سلوكه واما المسلوك فيه المطروق
كثيرا فزلاقة تفضي الي اعلاه فيوجد فيه بيت مربع
فيه ناووس من حجـر وهذا المدخل ليس هو الباب
المتخذ له في اصل البناء وانما هو منقوب نقبا صودف
اتفاقا وذكر ان المـامون هو الذي فتحه وجل من
كان معنا ولجوا فيه وصعدوا الي البيت الذي في
اعلاه فلما نزلـوا حدثوا بعظيم ما شاهدوا وانه مملوء
بالخفافيش وابوالها حتي يكاد يمنع السالك ويعظم
فيهـا الخـفـاش حتي يكون في قدر الحمام وفيه
طـاقـات وروازن نحـو اعلاه وكانها جعلت مسالك
للريح

CAP. IV.

trecentos cubitos et circiter ſeptemdecim, quam ambiunt quatuor latera triangularia, longitudinemque cujuſlibet horum laterum eſſe quadringentos et ſexaginta cubitos; at puto hanc menſuram falſam eſſe. Quod ſi columnam quadringentorum cubitorum ſtatuiſſet, juſtam poſuiſſet menſuram; et ſi faveant mihi inſtrumenta menſoria, ipſe dimenſionem ejus curabo. Eſt etiam in una duarum harum pyramidum aditus, quo eam ingrediuntur homines, quique eos ad ſemitas anguſtas ducit, et cavernas profundas, puteoſque, et loca periculoſa, aliaque hujuſmodi: quæ mihi narravit qui eam ingreſſus eſt, penetravitque. Multis ſiquidem erga eam ſtudium, et circa eam imaginatio eſt, ideoque in profunda ejus penetrant; neceſſario autem eo perveniunt, ut progredi nequeant. Quod vero ad viam qua ingrediuntur, ea multum trita eſt; locus autem lubricus ad ſuperiorem ejus partem ducit, ubi reperitur domus quadrata, inque ea ſepulchrum lapideum. Hic autem aditus, non eſt porta, ipſi a prima ſtructura appoſita, verum perforatus eſt et fortuito repertus; memoraturque *Al Mamun* eum primo aperuiſſe. Præcipui vero qui nobiſcum erant, eam ingreſſi ſunt, aſcenderuntque in domum quæ in ſuperiore ejus parte eſt; cumque deſcenderent, magna narrabant quæ ſpectaverant, eſſeque eam veſpertilionibus, eorumque ſtercore ita plenam, ut fere ingreſſum prohiberent; veſpertiliones autem ita magnos eſſe, ut mole columbas æquent: eſſe item ipſi

للربح ومنافذ للضوء وولجته مرة اخري مع جماعة
وبلغت نحو ثلثي المسافة فاغمي علي من هول المطلع
فرجعت برمق

وهذه الاهرام مبنية بحجارة جافية يكون طول
الحجر منها ما بين عشر اذرع الي عشرين ذراعا
وسمكه ما بين ذراعين الي ثلث وعرضه نحو ذلك
والعجب كل العجب في وضع الحجر علي الحجر
بهندام ليس في الامكان اصح منه بحيث لا تجد
بينهما مدخل ابرة ولا خلل شعرة وبينهما طين كانه
الورقة لا ادري ما صنعه ولا ما هو وعلي تلك الحجارة
كتابات بالقلم القديم المجهول الذي لم اجد بديار
مصر من يزعم انه سمع بمن يعرفه وهذه الكتابات
كثيرة جدا حتي لو نقل ما علي الهرمين فقط الي
صحف لكانت زهاء عشرة الاف صحيفة وقرات في
بعض كتب الصابية القديمة ان احد هذين الهرمين
هو قبر اغاذيمون والاخر قبر هرميس ويزعمون انهما
نبيان عظيمان وان اغاذيمون اقدم واعظم

وانه

prope ſummitatem, foramina et feneſtras; tanquam illuc loci poſita, ut permearent venti, et tranſmitteretur lux. Ipſe vero alia vice eam cum cætu quodam ingreſſus ſum; cumque circiter bis tertiam ſpatii partem pertigiſſem, defeci animo præ terrore aſcenſus, et redii fere exanimis. CAP. IV.

Hæ autem pyramides lapidibus magnis extructæ ſunt; eſt enim lapidum longitudo a decem ad viginti cubitos, altitudo a duobus ad tres, cum eadem fere latitudine. Summum vero omnium miraculum eſt in concinna lapidum ad ſe invicem poſitione, quæ ea eſt, ut aptior fieri non poſſit, unde non reperies inter ipſos quo acus ingrediatur, neque pili interſtitium. Eſt etiam inter eos cæmentum inſtar folii, quod non novi cujus generis, quidve ſit. Sunt item in his lapidibus inſcriptiones calami antiqui, ignoti, ita ut non reperiatur in urbibus Ægypti, qui aſſerat ſe de quopiam audiviſſe, qui illum calleret. Suntque hæ inſcriptiones multæ admodum, ita ut ſi quod in his duabus pyramidibus ſolummodo eſt, in libros tranſferretur, conficeret numerum decies millium librorum. Legi autem in libro quodam *Sabæorum* antiquorum, unam e duabus his pyramidibus, ſepulchrum fuiſſe *Agadhimuni*, alteram vero *Hermetis*: aſſeruntque hos prophetas magnos fuiſſe, *Agadhimunum* autem priorem, majoremque.

Verſionis Pocockianæ Finis.

وانه كان يحج اليهما ويهوي نحوهما من اقطار الارض وقد وسعنا القول في المنقول في الكتاب الكبير فمن اراد التوسعة فعليه به فان هذا الكتاب مقصور علي المشاهد

وكان الملك العزيز عثمن بن يوسف لما استقل بعد ابيه سول له جهلة اصحابه ان يهدم هذه الاهرام فبدا بالصغير الاحمر وهو ثالثة الاثافي

فاخرج اليه الحلبية والنقابين والحجارين وجماعة من عظماء دولته وامراء مملكته وامرهم بهدمه ووكلهم بخرابه فخيموا عندها وحشروا عليها الرجال والصناع ووفروا عليهم النفقات واقاموا نحو ثمانية اشهر بخيلهم ورجلهم يهدمون كل يوم بعد بذل الجهد واستغراع الوسع الحجر والحجرين فقوم من فوق يدفعونه بالاسافين والامخال وقوم من اسفل يجذبونه بالقلوس

CAP. IV.

NAMQUE ſacra ad eas [Pyramides] peregrinatio inſtituebatur, eodemque ex variis terræ tractibus concurſus hominum fiebat. Jam vero fuſe diſſeruimus de rebus hiſce in libro majori; qui ergo plura ſcire cupiat, illum legat: hic enim liber quæ viderim ſolummodo exhibet.

Cum autem Al Malec Al Aziz Othman Ben Joſeph imperium poſt patrem ſuum obtinuerat, perſuaſerunt ei inepti ejus familiares, ut dirueret has Pyramides, ordiendo a minima, nempe rubra, quæ tertia eſt de tribus.

Evocatis itaque ad ſe machinariis, foſſoribuſque, et lapidariis, multis inſuper ex magnatibus imperii ſui, et regni proceribus, mandatum ipſis dedit de ea diruenda ipſoſque ei deſtruendæ præfecit. Tum hi circa eam tentoria fixerunt, viroſque et artifices ad eam congregarunt, ingentibus eos ſumptibus alentes. Commorati vero per octo circiter menſes, cum equitibus ſuis et peditibus ſuis, magna cum intentione nervorum, et virium contentione, dejiciebant quotidie lapidem unum, vel lapides duos. Quippe alii illum [*i. e.* lapidem] deſuper propellebant cuneis

بالقلوس والاشطان فاذا سقط سمع له وجبة عظيمة
من مسافة بعيدة حتي ترجف له الجبال وتزلزل
الارض ويغوص في الرمل فيتعبون تعبا اخر حتي
يخرجوه ثم يضربون فيه الاسافين بعد ما ينقبون لها
موضعا ويبيتونها فيه فيتقطع قطعا فتسحب كل قطعة
علي العجل حتي تلقي في ذيل الجبل وهي مسافة
قريبة فلما طال ثواوهم ونفدت نفقاتهم وتضاعف نصبهم
ووهت عزايمهم وخارت قواهم كفوا محسورين مذمومين
لم ينالوا بغية ولا بلغوا غاية بل كانت غايتهم ان شوهوا
الهرم وابانوا عن عجز وفشل وكان ذلک في سنة ثلث
وتسعين وخمس ماية ومع ذلک فان الرابي لحجارة
الهدم يظن ان الهرم قد استوصل فاذا عاين الهرم
ظن انه لم يهدم منه شي وانما جانب منه قد كشط
بعضه وحين ما شاهدت المشقة التي يجدونها في
هدم كل حجر سالت مقدم الحجارين فقلت له لو
بذل لكم الف دينار علي ان تردوا حجرا واحدا
الي مكانه وهندامه هل كان بتمكنكم ذلک
فاقسم

cuneis vectibuſque, alii autem, qui erant infra, trahebant eundem rudentibus et funibus; cumque delaberetur, tantus eſt ex intervallo longiſſimo ſonitus auditus, ut montes inde contremiſcerent, et terra commoveretur; demerſuſque eſt ipſe lapis in arenas, unde cum extraxiſſent eum, valde ſunt defeſſi. Deinde adactis cuneis, poſtquam in foramine, quod eos reciperet, collocati erant, diruptus eſt in partes; parſque quælibet tracta in vehiculum, ut projiceretur ad montis extremitatem, quæ haud longe diſtabat. Cumque multum temporis tranſegiſſent, et ſumptus eorum defeciſſent, et moleſtiæ eorum eſſent conduplicatæ, et animi eorum concidiſſent, et vires eorum cœpiſſent elangueſcere, deſtiterunt jam delaſſati, et pudore victi: voti enim parum facti ſunt compotes, neque ad exitum opus affectum perduxerunt: imo huc res rediit, ut deformaverint Pyramidem, et impotentiam ſimul ſuam, debilitatemque, prodiderint. Accidit hoc anno quingenteſimo nonageſimo tertio. Nihilominus, lapides quando quis aſpexerit avulſos, Pyramidem ipſam crederet funditus everſam eſſe: ſin autem Pyramidem contemplatus ſuerit, putabit ne tantillum quidem de ea eſſe divulſum: nam lateris ejus pars quædam ſolummodo eſt dimota. Cum viderem moleſtias, quas experti ſint in ſingulis lapidibus dejiciendis, interrogans præfectum lapidariorum, dixi ei, Vobis ſi offerrentur mille nummi aurei, ea lege, ut reponeretis lapidem vel unum in locum ſuum, ſitumque ſibi

فاقسم بالله تعالي انهم ليعجزون عن ذلک ولو بذل لهم اضعافه

وبازا الاهرام من الضفة الشرقية مغاير كثيرة العدد كبيرة المقدار عميقة الاغوار متداخلة وفيها ما هو ذو طبقات ثلث وتسمي المدينة حتي لعل الفارس يدخلها برمحه ويتخللها يوما اجمع ولا ينهيها لكثرتها وسعتها وبعدها ويظهر من حالها انها مقاطع حجارة الاهرام واما مقاطع حجارة الصوان الاحمر فيقال انها بالقلزم وباسوان

وعند هذه الاهرام اثار ابنية جبارة ومغاير كثيرة متقنة وقلما تري من ذلک شيا الا وتري عليه كتابات بهذا القلم المجهول

وعند هذه الاهرام باكثر من غلوة صورة راس وعنق بارزة من الارض في غاية العظم يسميه الناس ابا الهول

ويزعمون

ſibi congruum, num poſſetis hoc efficere? Juravit per Deum excelſum id ab ipſis effici nequaquam poſſe, etiamſi duplo ipſis plures offerrentur. CAP. IV.

Sunt autem ex adverſo Pyramidum, a latere fluvii orientali, cavernæ, numero multæ, capacitate magnæ, excavationibus profundæ, ſeſe invicem penetrantes (quas inter datur quæ trium eſt contignationum, appellaturque *Civitas*) ita quidem, ut forte eques intrans eas cum haſta ſua, et per totum diem in iis diſcurrens, haud perveniret ad finem, propter multitudinem earum, amplitudinemque, et longinquitatem. Eas vero fuiſſe latomias lapidum Pyramidum, ex conditione earum manifeſtum eſt; at quod ad latomias marmoris rubri attinet, eæ profecto in *Culzuma* et *Aſwana* dicuntur reperiri.

Sunt porro circa Pyramides haſce veſtigia ædificiorum magnificorum, cryptarumque multarum munitarum: ex his autem vix quicquam videas, quin et videas ſuper eo ſcripturas calami ignoti.

Eſt etiam has prope Pyramides, ultra ſagittæ jactum, ſimulachrum capitis et colli, prodiens e terra, mirabili magnitudine, quod vulgo vocatur *Abu'l Hawla.*

ويزعمون ان جثته مدفونة تحت الارض ويقتضي
القياس ان تكون جثته بالنسبة الي راسه سبعين
ذراعا فصاعدا وفي وجهه حمرة ودهان احمر يلمع عليه
رونق الطراة وهو حسن الصورة مقبولها عليه مسحة
بهاء وجمال كانه يضحك تبسما وسالني بعض الفضلا
ما اعجب ما رايت فقلت تناسب وجه ابي الهول فان
اعضا وجهه كالانف والعين والاذن متناسبة كما تصنع
الطبيعة الصور متناسبة فان انف الطفل مثلا مناسب
له وهو حسن به حتي لو كان ذلك انف الانف لرجل
كان مشوها به وكذلك لو كان انف الرجل للصبي
لتشوهت صورته وعلي هذا ساير الاعضا فكل عضو ينبغي
ان يكون علي مقدار وهية بالقياس الي تلك الصورة
وعلي نسبتها فان لم توجد المناسبة تشوهت الصورة
والعجب من مصوره كيف قدر ان يحفظ نظام
التناسب في الاعضا مع عظمها وانه ليس في اعمال
الطبيعة ما يحاكيه ويتقيله

ومن ذلك الاثار التي بعين شمس وهي مدينة
صغيرة يشاهد سورها محدقا بها مهدوما ويظهر من امرها
انها

CAP. IV.

Aſſerunt ſtaturam ejus conditam eſſe ſub terra, analogiamque requirere, ut ſit ſtatura ejus, in proportione ad caput ejus, ſeptuaginta cubitorum, et amplius. In facie ejus eſt rubedo, ſive cutis rubra, in qua nitor ſplendet recens; eſtque formæ pulchræ, in qua decus et elegantia ejus perfecte expreſſa eſt, quaſi rideret diducto parum ore. Interrogatus a viro quodam eximie docto, quid miri viderim, reſpondi ei, Symmetriam faciei *Abu'l Hawlæ*. Namque membra faciei ejus, ut naſus, oculus, auris, apte ſunt compoſita, quemadmodum formas apte compoſitas ipſa facit natura. Etenim naſus infantis, exempli gratia, eſt accommodatus ipſi, et quidem admodum congrue; quod ſi naſum huncce vir haberet, eſſet is profecto deformis in eo: eodem plane modo, ſi naſum viri haberet infans, utique deformaretur ejus figura, pariter et reliqua membra. Itaque oportet ut membra ſingula analogiam ſervent, et proportionem, ad illam effigiem: quod ſi illa non reperiatur congruentia, deformis eſt effigies. In ſculptore vero hoc admirandum eſt, quomodo potuerit convenientem ſervare conſenſum in membris, tanta cum ſit eorum magnitudo; etenim non datur in operibus naturæ quicquam illi ſimile, parileque.

Ex his porro ſunt rudera quæ *Ain Shamſæ* conſpiciuntur. Eſtque urbs hæc parva, cujus murus, quo olim cincta fuerat, dirutus conſpicitur. Apparet autem ex ejus

انـهـا قد كانت بيت عبادة وفيها من الاصنام الهايلة العظيمة الشكل من نحيت الحجارة يكون طول الصنم زهاء ثلثين ذراعا واعضاوه علي تلك النسبة من العظم وقد كان بعض هذه الاصنام قايما علي قواعد وبعضها قاعـدا بنصبات عجيبة واتقانات محكمة وباب المدينة موجود الي اليـوم وعلي معظم تلك الحجارة تصاوير الانسان وغيره من الحيوان وكتابات كثيرة بالقلم المجهول وقلما تري حجرا غفلا من كتابة او نقش او صورة وفي هذه المدينة المسلتان المشهورتان وبسهيان مسلتي فرعون وصفة المسلة ان قاعدة مربعة طولها عشر اذرع في مثلها عرضا في نحوها سمكا قد وضعت علي اساس ثـابـت في الارض ثم اقيم عليها عمود مربع مخروط ينيف طوله عليماية ذراع يبتدي من قاعدة العل قطرها خمس اذرع وينتهي الي نـقطة وقد لبس راسها بقلنسوة نحاس الي نحو ثلث اذرع منها كالقمع وقد تزنجر بالمطر وطول المدة واخضر وسال من خضرته عـلي بسيط المسلة والمسلة كلها عليها كتابات بذلك القلم ورايت احدي المسلتين وقد خرت وانصدعت من نصفها لعظم الثقل واخذ النحاس من راسها ثم ان حولها

من

CAP. IV.

ſtatu, eam fuiſſe locum ſacros in uſus dicatum: ſunt enim in ea idola mirifica, figura grandia, e lapidibus dolatis. Altitudo idoli cujuſque ferme triginta eſt cubitorum, et magnitudo membrorum ejus ſecundum eandem proportionem. Ex hiſce idolis ſtant alia ſuper baſibus, ſedent vero alia ſuper ſedilibus mirificis, et ſtructuris ſolidiſſimis: ſupereſt porta urbis hodieque. Lapides autem illi maximam partem continent effigies hominum, aliorumque animalium; præterea ſcripturas multas calami ignoti, vix ut videas lapidem, qui ſcriptura, aut pictura, aut effigie careat. Sunt autem hac in urbe Obeliſci duo celeberrimi, qui appellantur *Obeliſci Pharaonis*. Obeliſcus ita ſe habet. Baſis ejus eſt quadrata, altitudine cubitos decem, latitudine, uti et profunditate, fere pari: firmo ponitur ſuper fundamento in terra: deinde erigitur ſuper ea columna quadrata, acuminata, altitudine centum cubitos excedens, quæ incipit a baſi, cujus diameter quinque ferme eſt cubitorum, definitque in puncto: tegiturque caput ejus pileo æreo ad tres circiter cubitos, tanquam infundibulo: ſed rubigine eſt obductum ex pluvia, et temporis diuturnitate, factumque eſt viride, atque ex viriditate ejus nonnihil defluxit in ſuperficiem obeliſci: ſuper toto autem obeliſco ſcripturæ ſunt incerti calami. Vidi alterum e duobus obeliſcis collapſum eſſe, ac per medium fiſſum, ob oneris magnitudinem, itemque æs de ſummitate ejus ſublatum.

من المسال شيا كثيرا لا يحصي عددها مقاديرها علي
نصف تلك العظمي او ثلثها وقلما تجد في هذه المسال
الصغار ما هو قطعة واحدة بل فصوصا بعضها علي بعض
وقد تهدم اكثرها وانما بقيت قواعدها

ورايت بالاسكندرية مسلتين علي سيف البحر في
وسط العمارة اكبر من هذه الصغار واصغر من العظيمتين

واما البرابي بالصعيد فالحكاية عن عظمها واتقان
صنعتها واحكام صورها وعجايب ما فيها من الاشكال
والنقوش والتصاوير والخطوط مع احكام البناء وجفاء
الالات والاحجار مما يفوت الحصر وهي من الشهرة
بحيث تغني عن الاطالة في الصفة

ورايت بالاسكندرية عمود السواري وهو عمود احمر
منقط من الحجر المائع الصوان عظيم الغلظ جدا شاهق
الطول لا يبعد ان يكون طوله سبعين ذراعا وقطره
خمس اذرع وتحته قاعدة عظيمة تناسبه وعلي راسه
قاعدة اخري عظيمة وارتفاعها عليه بهندام تفتقر
الي

CAP. IV.

ſublatum. Alii ſunt porro circa illum obeliſci, innumeri, qui dimidiam hujuſce majoris tertiamve partem æquant: et parvulos hoſce inter obeliſcos vix invenies unum qui ſtet ſeparatim; ſunt enim alii aliis innexi; eſtque maxima eorum pars diruta, baſibus tantum ſuperſtitibus.

Vidi in Alexandria duos Obeliſcos ſuper littore maris, in medio munimenti, majores his quidem parvis, magnis autem illis duobus minores.

Porro quod ad *Berbas* in Thebaide attinet, fama eſt pervulgata de earum magnitudine, ſtructura accurata, figuris exactis; præterea mirabilibus, quæ in iis ſunt, imaginibus, picturiſque, et effigiebus, et characteribus, uti et de ſoliditate fabricæ, inſtrumentorum item lapidumque numerum excedentium copia: ſuntque illæ celeberrimæ, adeo ut non opus ſit prolixe de iis differere.

Vidi inſuper in Alexandria *Amud As Sawariam*, columnam ſcilicet rubram, variegatam, præduro eandem ex marmore factam, craſſitie perinſignem, altitudine quæ æquaret ſeptuaginta cubitos, et diametro ſua quinque cubitos. Subeſt illi baſis permagna, apte reſpondens ipſi; itemque in ſumma ejus parte eſt capitellum ingens, elevatum ſuper ea cum ſymmetria, qualis ſcientiam ponderum

قوة في العلم برفع الاثقال وتبهر في الهندسة العملية وخبرني بعض الثقات انه قاس دوره وكان خمسا وسبعين شبرا بالشبر التام

ثم اني رايت بشاطي البحر مما يلي سور المدينة اكثر من اربع مايـة عمود مكسرة انصافا واثلاثا حجرها من جنس حجر عمود السواري علي الثلث منه او الربع وزعم اهـل الاسكندرية قاطبة انها كانت منتصبة حول عمود السواري وان بعض ولاة الاسكندرية واسمه قراجا كان واليـا عن يوسف بن ايوب فراي هدم هذه السواري وتكسيرها والقاها بشاطي البحر زعم ان ذلك يكسر سورة الموج عن سور المدينة او ان يمنع مراكب العدو ان تسند اليه وهذا من عبث الولدان ومن فعل من لا يفرق بين المصلحة والمفسدة

ورايت ايضا حول عمود السواري من هذه الاعمدة بقايا صالحة بعضها صحيح وبعضهـا مكسور ويظهر من حالها انها كانت مسقوفة والاعمدة تحمل السقف وعمود السواري عليه قبة هو حاملها واري انه الرواق الذي كان يدرس فيـه ارسطوطاليس وشيعته من بعده وانه

CAP. IV.

rum elevandorum, et peritiam geometriæ practicæ, requireret: narravitque mihi quidam fide dignus, se illius ambitum mensurasse, fuisseque eum septuaginta quinque spithamarum, et quidem perfectarum.

Vidi deinde ego in littore maris, ab ea parte qua attingit murum urbis, plusquam quadringentas columnas, fractas in duas tresque partes; quarum lapis esset ex genere lapidis *Amud As Sawariæ* pro tertia parte quartave. Incolæ Alexandriæ uno ore asserunt, eas fuisse erectas circa *Amud As Sawariam*, et præfectum quendam Alexandriæ, nomine Karaja, qui præfecturam tenuerit sub Josepho Ben Job, statuisse columnas has diruere, atque effringere, et in littus maris projicere. In animum scilicet induxerat, posse hoc modo retundi impetum undarum ab urbis muro, aut prohiberi naves hostium, ne appropinquarent ad eum. At vero fuit hoc nil nisi ludere ex more puellorum, et ineptire modo ejus qui minus distinguat bonum inter et malum.

Vidi etiam circa *Amud As Sawariam*, ex columnis hisce reliquias haud exiguas, quarum aliæ essent integræ, aliæ fractæ; liquidoque patet ex ipsa earum facie, fuisse eas olim opertas tecto, quod a columnis sustentaretur †; intellexique ibi porticum fuisse in qua Aristoteles prælegeret, et post mortuum eum, qui essent ab ejus disci-

 plina;

† Super autem *Amud As Sawaria* erat *Kobba*, quam illa sustinebat. *Vide* NOTAS.

وانه دار العلم الذي بناه الاسكندر حين بني مدينته وفيها كانت خزانة الكتب التي حرقها عمرو بن العاص باذن عمر رضي الله عنه

واما المنارة فحالها مشهور يغني عن وصفها وذكر ذوو العناية ان طولها مايتا ذراع وخمسون ذراعا

وقرات بخط بعض المحصلين انه قاس العمود بقاعدتيه فكان اثنتين وستين ذراعا وسدس ذراع وهو علي جبل طوله ثلث وعشرون ذراعا ونصف ذراع فصارت جملة ذلک خمسا وثمنين ذراعا وثلثي ذراع وطول القاعدة السفلي اثنتا عشرة ذراعا وطول القاعدة العليا سبع اذرع ونصف ذراع وقاس ايضا المنارة فوجدها مايتي ذراع وثلثا وثلثين ذراعا وهي ثلث طبقات الطبقة الاولي مربعة وهيماية ذراع واحدي وعشرون ذراعا والطبقة الثانية مثمنة وطولها احدي وثمنون ذراعا ونصف ذراع والطبقة الثالثة مدورة وطولها احدي وثلثون ذراعا ونصف

العمود

plina; fuiſſe ſcilicet domum ſcientiæ, ab Alexandro tum ædificatam, cum extrueret urbem ſuam: in illa autem erat Bibliotheca, quam combuſſit Amru Ben Al Aas, ~~juſſu~~ licentiâ Omari Chalifæ. CAP. IV.

Ad *Pharum* quod attinet, ſtatus ejus celebrior eſt, quam quî deſcriptione indigeat: narrant autem rerum talium curioſi, altitudinem ejus ducentorum et quinquaginta cubitorum eſſe.

Legi in autographo cujuſdam peregrinatoris, ipſum menſuraſſe τὸν *Amud* una cum ejus baſi et capitello, fuiſſeque ſexaginta duorum cubitorum, cum ſexta cubiti parte; ſitam vero in colle, cujus altitudo eſſet viginti trium cubitorum, cum dimidia parte cubiti. Summa ergo efficit octoginta quinque cubitos, cubiti cum beſſe. Porro altitudo baſis erat duodecim cubitorum, et altitudo capitelli ſeptem cubitorum, cum dimidia cubiti parte. Menſuravit etiam *Pharum*, invenitque eum eſſe ducentorum et triginta trium cubitorum, et tres habere contignationes: primam contignationem eſſe quadratam, cubitoſque habere centum viginti et unum: contignationem ſecundam octogonam, quæ altitudine æquaret octoginta et unum cubitos, cum dimidia cubiti parte: denique contignationem tertiam rotundam eſſe, cujus altitudo eſſet triginta et

ونصف ذراع وفوق ذلك مسجد ارتفاعه نحو عشر اذرع

ومن ذلك الاثار التي بمصر القديمة وهذه المدينة بالجيزة فويق الفسطاط وهي منف التي كان يسكنها الفراعنة وكانت مستقر مملكة ملوك مصر واياها عني بقوله تعالي عن موسي عليه السلم ودخل المدينة علي حين غفلة من اهلها وبقوله تعالي فخرج منها خايفا يترقب لان مسكنه عليه السلم كان بقرية بالجيزة قريبة من المدينة تسمي دموه وبها اليوم دير لليهود ومقدار خرابها اليوم مسيرة نصف يوم في نحوه وقد كانت عامرة في زمن ابرهيم ويوسف وموسي عليهم السلم وقبلهم بما شا الله تعالي وبعدهم الي زمن بخت نصر فانه اخرب ديار مصر وبقيت علي خرابه اربعين سنة وسبب اخرابه اياها ان ملكها عصم منه اليهود حين التجووا الي مصر ولم يمكن منهم بخت نصر فقصده بخت نصر واباد ديارة ثم جا الاسكندر بعد ذلك واستولي عليها وعمر بها الاسكندرية

unius cubitorum, cum dimidia cubiti parte: ſuper qua delubrum eſſet, cujus altitudo decem circiter cubitos haberet. CAP. IV.

Porro ex his ſunt rudera quæ ſunt in *Meſra Antiqua*; eſtque urbs hæc in Al Giza paulo ſupra Foſtatam, Memphis nempe illa, quam habitarunt Pharaones, quæque ſedes erat regni regum Ægypti. Ea deſignatur illo loco Alcorani, ubi ſermo eſt de Moſe (ſuper quem pax): "Et intravit in urbem, tempore negligentiæ habitato-"rum ejus." Item: "Exivit ergo ab ea timens, ſibique "cavebat." Etenim habitaculum ejus (ſit pax ſuper eum) erat in pago aliquo Al Gizæ, prope urbem dictam Demuh. In ea autem hodie ſynagoga eſt Judæorum, et ſpatium, per quod ruinarum veſtigia reperiuntur, extenditur ad iter quod ſit dimidii diei. Habitata fuit inde a temporibus in quibus floruerunt Abrahamus et Joſephus et Moſes, (ſuper quos ſit pax); tum ante eos (uti Deo viſum eſt), tum infra eos, uſque ad tempus Nabuchodonoſoris. Hic enim devaſtavit regionem Ægypti; quæ per annos quadraginta conditione hac rerum pertriſti eſt uſa. Eam cur devaſtaret, fuit hoc in cauſa, quod ſit rex illius opitulatus Judæis, in Ægyptum elapſis; ita ut Nabuchodonoſor eos ditioni ſuæ ſubjicere minus potuerit. Quapropter adortus eum Nabuchodonoſor, regionem ejus evertit. Longo poſt tempore acceſſit ad eam Alexander, eaque eſt potitus;

الاسكندرية وجعلها مقر الملک ولم تـزل علي ذلک
الي ان جا الاسلام ففتحت علي يد عمرو بن العاص
وجعل مقر الملک بالفسطاط ثـم جـا المعز من المغرب
وبني القاهرة وجعلها مقر الملک الي اليوم وقد ذکرنا
ذلک مشروحا مفصلا في الکتاب الکبير ولنرجع الي
وصف مبنى المسماة مصر القديمة

فهذه المدينـة مع سعتها وتقادم عهدهـا وتداول
الملل عـلـيـهـا واستيصال الامم ايـاهـا من تعفية
اثـارهـا ومحـو رسومها ونقل حجارتها والاتها وافساد
ابنيتها وتـشـويـه صـورها مضافا الي ما فعلته فيها
اربعة الاف سـنـة فصاعدا تجد فـيـهـا مـن
العجايب مـا يفوت فهم الفطـن المـتـامـل ويحصر
دون وصفه البليغ الـلـسـن وکلما زدته تـامـلا
زادک عجـبـا وکلما زدتـه نـظـرا زادک طـربـا
ومهما استنبطت منه معني انباک بـهـا هو اغـرب
ومهما

tus; extruxitque in ea Alexandriam, et ſedem regni ibi conſtituit. Neque deſiit urbs illa primaria eſſe, donec poſt Iſlamiſmi adventum, expugnata ſit auſpiciis Amru Ben Al Aas, qui regium domicilium in Foſtata poſuit. Venit tandem Al Moezz ab Africa, et poſt conditam Kahiram, ſedem imperatoriam ibi fecit, qualis eſt in hunc uſque diem. Hæc autem omnia fuſe, diſtincteque enarravimus in Libro Majori. Sed redeamus ad deſcribendam Memphin, quæ *Meſra antiqua* vocitatur. CAP. IV.

Urbs hæcce, cum perampla olim et pervetuſta fuerit; cum religionis in ea identidem facta ſit viciſſitudo et mutatio; cum internecione alia aliam inſequente, cives radicitus periiſſent; cum fere deleta ſint ejus rudera, et obliterata ipſa veſtigia; cum alio ſit delatum quicquid lapidum in ea, et inſtrumentorum, fuerat; cum ædificia ſint ſubverſa, atque imagines deformatæ; cum denique anni plus quater mille volvendo, alia quam plurima in ea effecerint; reperies tamen in ea ex rebus mirabilibus, quæ perſpicaciſſimi cujuſvis captum ſuperent, et quibus deſcribendis vel eloquentiſſimus quiſpiam ſentiat ſe plane imparem. Quo enim attentiorem ad res haſce animum advertas, eo majorem ſui admirationem tibi injiciunt; et quo impenſius eaſdem ſubtiliuſque revoces ad examen, eo obſtupeſcis gravius. Imo quotieſcunque elicis exinde ſenſum aliquem, toties tibi is indicio eſt, aliquid magis abſtruſum

ومهما استثنت منه علما ذلک علي ان وراه ما هو اعظم

فمن ذلک البيت المسمي بالبيت الاخضر وهو حجر واحد تسع اذرع ارتفاعا في ثمان طولا في سبع عرضا قد حفر في وسطه بيت قد جعل سمک حيطانه وسقفه وارضه ذراعين ذراعين والباقي فضاء البيت وجميعه ظاهرا وباطنا منقوش ومصور ومكتوب بالقلم القديم وعلي ظاهره صورة الشمس مما يلي مطلعها وصور كثير من الكواكب والافلاک وصور الناس والحيوان علي اختلاف من النصبات والهيات فمن بين قايم وماش وماد رجليه وصافهما ومستمر للخدمة وحامل الات ومشير بها ينبيء ظاهر الامر انه قصد بذلک محاكاة امور جليلة واعمال شريفة وهيات فاضلة واشارات الي اسرار غامضة وانها لم تتخذ عبثا ولم يستفرغ في صنعتها الوسع لمجرد الزينة والحسن وقد كان هذا البيت ممكنا علي قواعد من حجارة الصوان العظيمة الوثيقة فحفر

ſtruſum reſtare; et ſcientiæ ex iis aliquantulum quotieſcunque eruis, toties ea ſignificat, quod adhuc lateat, id eſſe quiddam majus. CAP. IV.

Ex his eſt Domus, dicta *Bait al achſar*, uno conſtans lapide, qui altitudine cubitos novem æquet, octo longitudine, latitudine ſeptem: domus autem iſta in medio illius eſt excavata, cujus quidem tam parietum, quam tecti, et areæ, profunditas efficit binos cubitos. Cæterum domus atrium, imo ipſa domus tota, extrinſecus et intrinſecus, picturis, et figuris, et ſcripturis calami antiqui, exornata eſt. Extrinſecus autem conſpicitur effigies ſolis ea in plaga e qua ſolet oriri: præterea ſunt figuræ ſtellarum orbiumque cœleſtium multæ, uti et hominum animaliumque ſimulachra, varie diſpoſita, varieque formata. Ex iis autem [hominibus] ſunt qui ſtant; ſunt etiam qui ambulant; ſunt porro qui vel pedes expandunt, vel æqualiter eoſdem collocant; ſunt denique qui vel in laborando verſantur, et inſtrumenta ipſi gerunt; vel alios, ut incumbant diligenter ad opus, hortantur incitantque. Externa rei facies oſtendit iis deſignari enarrationem rerum glorioſarum, et actionum præclararum, et caſuum ſingularium; itemque arcanorum indicia abditiorum: neque enim facta illa ſunt fruſtra, neque vires in iis concinnandis impenſæ ſunt meri ornamenti cauſa et elegantiæ. Stabilita autem erat domus hæc ſuper baſibus marmoreis, magnis, ſolidis: at infra excavarunt eas ſtulti

فحفر تحتها الجهلة والحمقي طبعا في المطالب فتغير
وضعه وفسد هندامه واختلف مركز ثقله وثقل
بعض علي بعض فتصدع صدوعا لطيفة يسيرة وهذا
البيت قد كان في هيكل عظيم مبني بحجارة
عاتية جافية علي اتقن هندام واحكم صنعة وفيها
قواعد علي عمد عظيمة وحجارة الهدم متواصلة في
جميع اقطار هذا الخراب وقد بقي في بعضها
حيطان ماثلة بتلك الحجارة الجافية وفي بعضها
اساس وفي بعضها اطلال ورايت عقد باب شاهقا
ركناه حجران فقط وازجه حجر واحد قد سقط
بين يديه وتجد هذه الحجارة مع الهندام المحكم
والوضع المتقن قد حفر بين الحجرين منها نحو شبر
في ارتفاع اصبعين وفيه صداء النحاس وزنجرته
فعلمت ان ذلك قيود لحجارة البنا وتوثيق لها
ورباطات بينها بان يجعل بين الحجرين ثم يصب
عليه الرصاص وقد تتبعها الانذال المحدودون فقلعوا
منها ما شا الله تعالي وكسروا لاجلها كثيرا من
الحجارة

et fatui, res utique quaſdam pretioſas ſibi exquirentes. Hanc ob cauſam mutatus eſt ſitus ejus, et corrupta ſymmetria ejus, inſuper dimotum centrum gravitatis ejus: cumque pars ejus a parte alia premeretur, hanc ob cauſam rimas egit ſubtiles et perexiguas. CAP. IV.

Extitit autem domus hæc in Templo magno, ſtructo lapidibus immanibus, duris, juxta ſymmetriam exactiſſimam, et artificium perfectum quam maxime, in quo capitella inſiſtunt columnis ingentibus. Et lapides dejecti ſunt contigui alii aliis, tractus per omnes loci hujuſce vaſtati: ſuperſunt tamen paſſim muri quidam arctiſſime cohærentes cum lapidibus his duris, alibi vero fundamenta quædam, alibi extantes quædam reliquiæ. Vidi compagem portæ altam, cujus bina latera binis lapidibus conſtent; pars vero ejus poſita ſuperne, lapide conſtet uno, qui jam deciderat ex adverſo ipſi. Deprehendes interim lapides hoſce eſſe cum ſymmetria maxime accurata, et poſitione exacta. Cum cavatura eſſet facta inter binos ex illis lapides, magnitudine circiter ſpithamam, altitudine duos digitos; cumque in ea inſediſſet æris rubigo et color, intellexi æs hocce vinciendis lapidibus ſtructuræ, illiſque firmandis, et inter ſe colligandis inſerviiſſe: nam ponebatur illud inter binos lapides, et deinde ſuperinfundebatur plumbum. Jam vero viles et abjecti homines inhiarunt his metallis, et extraxerunt ex iis, quæ Deus O. M. permiſit, atque propter

الحجارة حتي يصلوا اليها ولعمر الله لقد بذلوا الجهد
في استخلاصها وابانوا عن تمكن من اللوم وتوغل
في الخساسة

واما الاصنام وكثرة عددها وعظم صورها فامر
يفوت الوصف ويتجاوز التقدير واما اتقان اشكالها
واحكام هياتها والمحاكاة بها الامور الطبيعية فموضع
التعجب بالحقيقة فمن ذلك صنم زرعناه سوي
قاعدته فكان نيفا وثلثين ذراعا وكان مداه من جهة
اليمين الي اليسار نحو عشر اذرع ومن جهة الخلف
الي الامام علي تلك النسبة وهو حجر واحد من
الصوان الاحمر وعليه من الدهان الاحمر كانه لم يزده
تقادم الايام الا جدة

والعجب كل العجب كيف حفظ فيه مع عظمه
النظام الطبيعي والتناسب الحقيقي وانت تعلم ان كل
واحد من الاعضا الالية والمتشابهة له في نفسه مقدار
ما وله الي ساير الاعضا نسبة ما بذلك المقدار وبتلك
النسبة يحصل حسن الهية وملاحة الصورة فان اختل
شي

illa multos confregerunt lapides, ut pervenirent ad illa: at profecto inane impenderunt ſtudium in iis evellendis, oſtenderuntque ſe vituperio dignos, et in avaritia demerſos. CAP. IV.

Quod ad Idola attinet, itemque numerum eorum immanem, et ingentes figuras, profecto neque deſcribi neque definiri poſſunt: quod vero ſpectat ad effigies eorum perfecte elaboratas, et formas eorum concinnatas ſolertiſſime, ſimilitudinemque qua res naturales referunt, locus revera eſt admirationi. Ex his menſuravimus unum, ſine ejus extremitate; æquabat autem plus triginta cubitos: præterea extenſio ejus inde a dextra ad ſiniſtram, cubitos circiter decem; et inde a poſtica parte ad anticam, juxta eandem proportionem. Conſtat lapide uno marmoreo, rubro; et præ ſe fert cutem rubram, ac ſi temporum diuturnitas nihil plane addidiſſet ipſi niſi colorem recentem.

Omnium autem hoc maxime eſt mirabile, quomodo potuerit in eo ſervari, cum magnitudine ejus, conſtitutio naturalis, et vera analogia. Scire enim debes, unicuique partium, et inſtrumentalium et ſimilium, eſſe quantitatem quandam, et ad reliqua membra proportionem quandam cum hac quantitate; atque in hac ipſa proportione conſiſtere pulchritudinem formæ, et elegantiam figuræ.

Quod

شي من ذلك حدث من القبح بمقدار الخلل وقد
احكم في هذه الاصنام هذا النظام احكاما اي احكام
فبين ذلك مقادير الاعضا في نفسها ثم نسب بعضها
الي بعض فانك تري الصنم قد ابتدي بانفصال صدره
عن عنقه عند الترقوة بتناسب بليغ ثم تاخذ الصدر
في ارتفاع الترايب الي ثندوتين فيرتفعان عما دونهما
ويغرزان عن ساير الصدر بنسبة عجيبة ثم يعلوان الي
حد الحلبة ثم تصور الحلبة مناسبة لتلك الصورة
الهايلة ثم تنحدر الي الموضع المطبين عند القص
وفرجة الزور وزر القلب والي تجعيد الاضلاع والتوابها
كما هو موجود في الحيوان الحقيقي ثم تنحدر
الي مغاط الاضلاع ومراق البطن والتوا العصب وعضل
البطن يمينا وشمالا وتوترها وارتفاعها وانخفاض ما دون
السرة مما يلي الاقراب ثم تحقيق السرة وتوتر العضل
حولها ثم الانحدار الي الثنة والحالبين وعروق الحالب
والخروج منه الي عظمي الوركين وكذلك تجد
انفصال الكتف واتصاله بالعضد ثم بالساعد وانفتال
حبل

CAP. IV.

Quod ſi deficeret aliquid ex hac, exiſteret deformitas ſecundum quantitatem defectus: atqui præſtita eſt in Idolis hiſce hæc diſpoſitio, in qua accuratio ineſt, incredibile quantum! Hinc quantitates tum membrorum in ſeipſis apte congruenterque ſe habent, tum alterius ad alterum comparati. Videbis enim pectus Idoli inchoari, ſeparando ſeſe a collo ejus, ad clavicularam proportione perfecta. Deinde incipit pectus cum aſcenſione coſtarum pectoralium ad mammas uſque; quæ attolluntur ſupra partes ſibi ſubjectas, diſcriminanturque a pectore toto conformitate mirabili; mox evehunt ſeſe uſque ad terminum papillæ: tum effingitur papilla proportionalis ſimulachro huic immani. Deinde deſcendit ad locum planum circa ſternum, atque imam partem thoracis, extremitatemque cordis, et ad contractionem coſtarum, earumque complicationem, prout deprehendere eſt in homine vivo. Poſtea deſcendit ad regiones coſtarum, et molliores ventris partes, et muſculos ventris dextrorſum ſiniſtrorſumque; ejus item tenſionem, et elevationem, et depreſſionem infra umbilicum ab ea parte quæ hypochondria tangit; porro ſubſtantiam umbilici, et tenſionem muſculorum circa eum. Denique deſcendit ad abdomen, et venas duas umbilicares, et vaſa venæ emulgentis, hujuſque exitum ad coxarum oſſa. Eodem deprehendes modo ſeparationem omoplatæ; ejuſque conjunctionem cum ſuperiori brachii parte; ſeparationem item nervorum per brachium manumque

حبل الذراع والكوع والكرسوع وابرة المرفق ونهري
مفصل الساعد من العضد وعضل الساعد ورطوبة
اللحم وتوتر العصب وغير ذلک مما يطول شرحه وقد
صور كف بعضها قابضا به علي عمود قطره شبر كانه
كتاب وصورت الغضون والاسارير التي تحدث في
جلدة الكف مما يلي الخنصر عند ما يقبض الانسان
كفه واما حسن اوجهها وتناسبها فعلي اكمل ما
في القوي البشرية ان تفعله واتم ما في المواد
الحجرية ان تقبله ولم يبق الا صورة اللحم والدم
وكذلک صورة الاذن وحتارها وتعاريجها علي غاية
التمثيل والتخييل

ورايت اسدين متقابلين بينهما امد قريب وصورهما
هايلة جدا وقد حفظ فيهما النظام الطبيعي والتناسب
الحيواني مع كونهما اعظم جثة من الحيوان الحقيقي
جدا جدا وقد تكسرا وردما بالتراب

ووجدنا من سور المدينة قطعة صالحة مبنية
بالحجارة الصغار والطوب وهذا الطوب كبير جاف
مطاول

CAP. IV.

numque extenſorum; nec non articulationem cubiti cum carpo interiorem, exterioremque; et mucronatam cubiti extremitatem; et muſculos lacerti; et mollitiem carnis; et tenſionem nervorum; et alia, quæ longum foret enarrare. Pars autem volæ ita formata eſt, ut ope illius teneret ſtylum diametro ſua ſpithamam æquantem, ac ſi ſagitta eſſet. Porro effigiatæ ſunt rugæ et lineæ illæ, quæ exiſtere ſolent in cute volæ digito minimo contiguæ, ubi homo volam ſuam contrahit. Et quod ad elegantiam faciei earum, profecto perfectiſſima eſt omnium quæ humanis viribus effici poſſunt, et exactiſſima omnium quæ materiæ lapideæ recipere queunt; nec quicquam deeſt, niſi ſubſtantia carnis et ſanguinis. Figura pariter auris, exteriorque ejus ambitus, cum inflexionibus ſuis, ſummam conformitatem et coæqualitatem refert.

Vidi quoque Leones duos, ſe invicem haud magno intervallo, ex adverſo reſpicientes, figura valde terribiles; in quibus ſervata ſit convenientia naturalis, et proportio animali propria, quamvis ratione ſtaturæ animali multo majores ſint: franguntur autem, in eoque ſunt ut ad pulverem prope redigantur.

Reperimus præterea de urbis muris partem quandam haud exiguam, ſtructam ex lapidibus parvis, et *toubis*: *toubi*

مطاول الشكل ومقداره نصف الاجر الكسروي
بالعراق كما ان طوب مصر اليوم نصف اجر العراق
اليوم ايضا

واذا راي اللبيب هذه الاثار عذر العوام في
اعتقادهم علي الاوايل بان اعمارهم كانت طويلة
وجثثهم عظيمة او انه كان لهم عصا اذا ضربوا بها
الحجر سعي بين ايديهم وذلك ان الاذهان تقصر
عن مقدار ما يحتاج اليه في ذلك من علم
الهندسة واجتماع الهمة وتوفر العزيمة ومصابرة العمل
والتمكن من الالات والتفرغ للاعمال .والعلم بمعرفة
اعضا الحيوان وخاصة الانسان ومقاديرها ونسب بعضها
من بعض وكيفية تركيبها ونصباتها ومقادير وضع
بعضها من بعض فان النصف الاسفل من الانسان اعظم
من النصف الاعلي منه اعني التنور بمقدار معلوم
بخلاف ساير الحيوان والانسان المعتدل طوله ثمانية
اشبار بشبر نفسه وطول يده الي طي
مرفقه شبران بشبره وعضده شبر وربع
وهكذا

autem hi ſunt magni, duri, figura longi; quantitate duplo minores quam lateres cocti *Choſroici* in Eraca; uti et *Toubi* Ægyptiaci hodierni duplo ſunt minores quam lateres cocti Eracenſes hodierni. CAP. IV.

Quod ſi quis unquam, qui cordatior ſit, rudera hæcce oculis uſurparit, næ is, fieri non poteſt, quin ignoſcat cuique qui paulo ſit infirmior, et unus multorum. Eſt quippe iis perſuaſiſſimum de veteribus, aut vitas eorum longiſſimas fuiſſe ſtaturaſque maximas, aut eos habuiſſe virgam qua quidem lapides percuſſi, proſiluerint eorum ad manus. Nimirum mentis humanæ captum ſuperat, concipere quanta in hiſce requireretur cognitio geometriæ, et applicatio mentis, et ardor ſtudii, et patientia laboris, et copia inſtrumentorum, et nervorum ad opera intentio, itemque ſcientia in membris animalium, præſertim hominis, cognoſcendis, magnitudinibus porro eorum, alteriuſque ad alterum relatione, uti et modo quo contexta ſint et compacta, ſpatiis item, quibus alia ab aliis disjungi debuiſſent. Dimidium enim hominis inferius, majus eſt quam dimidium ſuperius, ſcilicet truncus, quantitate definita; contra ac ſe res habet in cæteris animalibus. Nempe longitudo hominis æquat ſpithamas octo, ſecundum ſuam ipſius ſpithamam; et longitudo manus ejus ad complicationem cubiti, ſpithamas duas, ſecundum ſuam ipſius ſpithamam; et brachium ipſius ſuperius, ſpithamam,

وهكذا جميع عظامه الصغار والكبار والقصب والسناسن
والسلاميات حافظة للنظام في مقاديرها ونسب بعضها
الي بعض وكذلك ساير الاعضا الباطنة والظاهرة
كانخفاض اليافوخ عن ذروة الراس ونتوة عما دونه
وامتداد الجبهة والجبينين وتطامن الصدغين ونتوء
عظمي الوجنتين وسهولة الخدين وانخراط الانف
ولين المارن وانفراج المنخرين وامتداد الوترة ودقة
الشفتين واستدارة الحنك وانخراط الغكين وغير
ذلك مما تضيق عنه العبارة وانما يدرك بالمشاهدة
وبالتشريح والتامل وقد ذكر ارسطوطاليس فصلا في
المقالة الحادية عشرة من كتاب الحيوان له يدل
علي ان القوم كان لهم حذاقة واتقان لمعرفة اعضا
الحيوان وتناسبها وان جميع ما ادركوه وان جل
فهو حقير تافه بالقياس الي الامر الحقيقي المطبوع
وانما يستعظم ما عرفه الانسان منه بالقياس الي
ضعف قوته وبالقياس الي باقي نوعه ممن يعجز
عما قدر عليه كما يتعجب من النملة اذا حملت
حبة شعير ولا يتعجب من الغيل اذا حمل قناطير
وهذا

CAP. IV.

cum quadrante. Et ſic omnia ejus oſſa, tam parva quam magna, cum cartilaginibus, et apophyſibus, et officulis digitorum, conſervant compagem pro magnitudinum ſuarum ratione, alteriuſque ad alterum proportione. Conſimiliter ſe habent membra interna et externa: ut eſt depreſſio fontanellæ a vertice capitis, partiumque circumſtantium eminentia; et extenſio frontis, et lateris utriuſque ad tempora; item devexitas temporum; et protuberantia oſſium genarum; et planities malarum; et gracilitas naſi; et mollities ejus extremitatis; et diductio narium; expanſioque earum iſthmi; et gracilitas labiorum; et rotunditas menti; et figura teres mandibularum; et alia quæ explicari non poſſunt, quippe quæ viſu tantum comprehenduntur, et diſſectione, atque inſpectione. Et quidem Ariſtoteles in Tractatu undecimo Libri ſui *De Animalibus* ſectionem habet, in qua oſtendit, habere homines ſolertiam mentis, et firmitatem ad cognoſcenda animalium membra, horumque conformitatem; et quicquid cognoſcendo aſſequuntur, etiamſi magnum ſit, parvum tamen eſſe et vile, ſi ad rem aliquam veram naturalemque comparetur: magnum ſcilicet illud, quod homo de ſe ipſe cognoſcit, reputari ſolere, ſi comparatio fiat vel cum virium ipſius infirmitate, vel cum reliquis ſui generis hominibus, qui illud nequeant facere, quod ipſe omnino poſſit: exempli gratia, admirationem facere formicam, cum granum hordeaceum ferat; at non facere admirationem elephantum, cum pondera centenaria ferat. Verba ejus,

parce

وهذا فص كلامه باصلاحي قال من العجب ان
نستحب علم احكام التصاوير وعمل الاصنام وافراغها
ونستبين حكمته ولا نستحب معرفة الاشيا المقومة
بالطبيعة ولا سيما اذا قوينا علي معرفة عللها ولذلك
لا ينبغي لنا ان نكره النظر في طباع الحيوان
الحقير الذي ليس بكريم ولا يثقل ذلك علينا
كما يثقل علي الصبيان ففي جميع الاشيا الطباعية
شي عجيب ولذلك ينبغي لنا ان نطلب معرفة
طباع كل واحد من الحيوان ونعلم ان في جميعه
شيا طباعيا كريما لانه لم يطبع شي منها علي وجه
الباطل ولا كما جا واتفق ولا بالنحت بل كل ما
يكون من قبل الطباع فانما يكون لشي اعني
لحال التمام ولذلك صار له مكان ومرتبة وفضيلة
صالحة فتبارک الله احسن الخالقين

واما باطن الحيوان وتجويفاته وما فيها من
العجايب التي يشتمل علي وصفها كتب التشريح
لجالينوس وغيره وكتاب منافع الاعضا له فان ايسر
اليسير منه يبهت دونه المصور حسيرا ولا يجد له علي
ذلک

parce a me interpretando detorta ita ſe habent. " Per id CAP. IV.
" mirum eſt, inquit, quod nos delectamur ſcientia con-
" ficiendi imagines, et fabricandi ſimulachra fundendi-
" que, quodque viam et artem qua hæc fiant, intelligi-
" mus; rerum autem ipſarum, quales a natura ſint con-
" ſtitutæ, cognitione non delectamur; præſertim cum ha-
" biles ſimus ad cognoſcendas earum cauſas. Itaque adeo
" non convenit nobis, ut inſpectionem in naturam ani-
" malis vilis averſemur, neque ut gravis ea ſit nobis,
" quemadmodum pueris. Nam in omnibus rebus natura-
" libus eſt aliquid mirandum; et propterea convenit no-
" bis, ut ſtudeamus cognoſcere naturam uniuſcujuſque
" animalis, utque ſciamus eſſe in eo, ſi totum ſpectetur,
" aliquid naturale, quod ſcitu ſit dignum. Nihil enim
" illis inſitum eſt fruſtra, neque tanquam ex caſu, et acci-
" dente, neque ſculptura:" ſed quicquid ex poteſtate eſt naturæ, id tantum contingit rei, hoc eſt, perfectionis ſtatui; et idcirco erit illi locus et gradus, et virtus integra. Quare benedictus ſit Deus, creator optimus.

Quod vero ad inteſtina animalium et viſcera, et quæ in iis continentur mirabilia, attinet, quæ deſcribunt libri Anatomici Galeni, et aliorum, itemque ejus *De membrorum utilitatibus* opus, profecto vel ad minimam illorum partem ſculptor cum ſuſpirio perturbaretur, neque reperiret in eo quod ſibi opitulari poſſet; quinimo dictum illud

ذلک ظهيرا ويعلم مصداق قوله تعالي وخلق الانسان ضعيفا

واقول ان التعجب من الامور الصناعية يضاهي التعجب من الامور الطباعية لان الامور الصناعية هي بوجه ما طباعية وذلک انها حادثة عن قوي طباعية وكما ان المهندس اذا حرک ثقلا عظيما استحق ان يتعجب منه فكذلک اذا صنع صورة من خشب مثلا تحرک تلک الصورة ثقلا ما كان ذلک المهندس احري ان يتعجب منه

والله خلقكم وما تعملون فتبارک من ملكوته سار في عالمي الغيب والشهادة وفي انفسكم افلا تبصرون ونور جلاله ساطع فلا ينهنهه حجاب يعلم خاينة الاعين وما تخفي الصدور ومن اشباح الموجودات بقدرته قايمة وباراداته متحركة وساكنة وبنفاذ امره فيها فرحة وباقترابها من حضرة قدسه مبتهجة ولتكثرها تشهد بوحدانيته وبتغيرها تقر بصمديته وان من شي الا يسبح بحمده

ولترجع

lud Alcoranicum quam ſit verum agnoſceret, "Creatus eſt homo debilis." CAP. IV.

Admirabilitatem rerum artificialium ſtatuo illam quidem haud abhorrere ab admirabilitate rerum naturalium; namque res artificiales ſunt quodammodo naturales, nempe quia illæ proveniunt ex viribus naturalibus. Prout Geometra, dum movet pondus magnum, dignus eſt admiratione; ſimiliterque, dum ſimulachrum (*vel potius* inſtrumentum) facit ex ligno, quod moveat illud ipſum pondus, dignus eſt idem admiratione quam maxime!

Et Deus creavit vos, et id quod operamini. Benedictus ergo ſit is, cujus regnum extenſum eſt in mundo inviſibili, et viſibili, et in animabus veſtris; an ergo non videtis? Lumen quoque majeſtatis ejus diffuſum eſt, neque velamen ullum obſcurabit illud. Novit doloſum oculum, et id quod celant pectora: et quæcunque reperiuntur res, potentia ejus ſtant, et voluntate ejus moventur, et quieſcunt. Cumque pervenit ejus ad eas mandatum, lætantur; et dum eæ accedunt ad præſentiam ſanctitatis ejus, exhilarantur; atque multæ cum ſint, teſtimonium perhibent de unitate ejus; et in eo ipſo, quod mutentur, confitentur æternitatem ejus; reſque eſt prorſus nulla, quin ejus laudibus celebrandis inſerviat.

ولنرجع الي حديثنا الاول فنقول هذه الاصنام مع كثرتها قد تركتها الايام الا الاقل جذاذا وغادرتها ارماما ولقد شاهدت كبيرا منها وقد نحت من ضلعته رحا قطرها ذراعان ولم يظهر في صورة كبير تشويه ولا تغير بين ورايت صنما وبين رجليه صنم متصل به صغير كانه مولود بالقياس اليه وهو مع ذلك كاعظم رجل يكون وعليه من الملاحة والجمال ما يشوق الناظر اليه ولا يمل من ملاحظته

واتخاذ الاصنام قد كان في ذلك الزمان شايعا في الارض عاما في الامم ولهذا قال تعالي في حق ابرهيم عليه السلم ان ابرهيم كان امة قانتا لله حنيفا ولم يكن من المشركين اي كان وحده في زمنه موحدا فهو امة بنفسه لاعتزاله اياهم وانفراده براي يخالف اراهم

ولما راي بنو اسراييل تعظيم القبط هذه الاصنام وتبجيلهم اياها وعكوفهم عليها والغوا ذلك وانسوا به لطول مقامهم بينهم ثم راوا قوما من اهل الشام عاكفين علي

CAP. IV.

Sed ut revertamur ad Hiſtoriam noſtram primam; dicimus Idola hæc, multa licet fuerint, tempus diffregiſſe, (pauciſſima ſi excipias) in fragmenta, et in fruſta disjeciſſe. Vidi quidem ex iis magnum, cujus e latere exciſus ſit lapis molaris, diametro ſua cubitos duos æquans: in ejus tamen figura haud apparebat notabilis deformitas, neque mutatio manifeſta. Vidi quoque Idolum, cujus inter pedes eſſet Idolum, conjunctum cum eo, parvulumque, tanquam filius, ſi ad illud comparetur; nihilo tamen minus hominem æquabat vel longiſſimum: quin tanta ei inerat elegantia et pulchritudo, ut illud aſpiciens quivis deſiderio afficeretur, nec quidem ſatiaretur aſpiciendo.

Iſto autem tempore paſſim erat in terra cultus idolorum inter gentes diffuſus. Propterea ait Alcoranus de ipſo Abrahamo (ſuper quem ſit pax): *Abrahamus erat gens Deo obediens, orthodoxa; neque erat ex infidelibus*: hoc eſt, extitit ſolus ipſe in tempore ſuo unitarius, atque gens in ſeipſo, quia ſegregavit ſe ab iis, et ſeparavit ſe in ſententiam, quæ ipſorum ſententiis contradiceret.

Et cum viderunt Iſraelitæ Ægyptios colere hæc idola, ac venerari ea, illiſque eſſe deditiſſimos, idem et ipſi facere condidicerunt, atque in conſuetudinem receperunt, dum commorabantur inter eos. Deinde cum viderunt quoſdam

علي اصنام لهم قالوا يا موسي اجعل لنا الاها كما
لهم الهة قال انكم قوم تجهلون ولما كان النصاري
معظمهم وجمهورهم اقباط وصابية نزعوا الي الاصل ومالوا
الي سنة ابايهم القديمة في اتخاذ التصاوير في
بيعهم وهياكل عباداتهم وبالغوا في ذلك وتفننوا
فيه وربما تراموا في الجهالة والنوك حتي يصوروا الههم
والملبكة حوله بزعمهم وجميع ذلك لبقايا فيهم من
سنن اوايلهم وان كان الاوايل يكبرون الاله ان
يدخل تحت ادراک عقلي وحسي فضلا عن تصوير
وانما سهل علي النصاري ذلك وجراهم عليه اعتقادهم
الالهية لبشر وقد حققنا القول في ذلك في
مقالاتنا عليهم

وما زالت الملوك تراعي بقا هذه الاثار وتمنع من
العيث فيها والعبث بها وان كانوا اعدا لاربابها وكانوا
يفعلون ذلك لمصالح
منها

CAP. IV.

de populis Syriæ cultum Idolis ſuis exhibere, dixerunt, O Moſes, fac nobis Deum, quemadmodum ipſi habent Deos. Reſpondit: Utique vos homines eſtis fatui. Hinc Chriſtiani, quandoquidem major potiorque eorum pars erant Ægyptii et Sabæi, proclives ad idem illud, quod inter Ægyptios valuerat (εθελοθρησκειας) principium, et ad ritum patrum ſuorum antiquum inclinantes, ſimulachra collocabant in eccleſiis ſuis, et in ipſis templis ſuis, atque ad ſummum hac in re gradum pervenerunt: unde, in ſectas diſtributi, eo uſque dementiæ ſunt et ſtultitiæ tandem aliquando progreſſi, ut Deum ſuum, atque Angelos circa ipſum, pro arbitrio ſuo effingerent. Hæc omnia ſunt ad eos derivata ex inſtitutis majorum ſuorum; licet antiqui majorem exiſtimaverint Deum, quam ut intraret ſub conceptum intellectualem aut ſenſualem, nedum ut effigiari poſſet. Ad Chriſtianos vero hoc facile defluxit, ideoque ſunt ad id animati, quod mortali crediderint ineſſe divinitatem: ſed egimus hac de re in tractatu noſtro contra eos conſcripto.

Reges interim non minimam adhibuere curam ut hæc monumenta ſervarent, prohiberentque nequis damnum iis inferret, aut illa ludibrio exponeret; etiamſi iis, qui ea fabricati eſſent, inimici eſſent: idque propoſito fecerunt laudabili.

Primo

منها لتبقي تاريخا يتنبه بها علي الاحقاب ومنها
انها تكون شاهدة للكتب المنزلة فان القران العظيم
ذكرها وذكر اهلها ففي رويتها خبر الخبر وتصديق
الاثر ومنها انها مذكرة بالمصير ومنبهة علي المال
ومنها انها تدل علي شي من احوال من سلف
وسيرتهم وتوفر علومهم وصفا فكرهم وغير ذلك وهذا
كله مما تشتاق النفس الي معرفته وتوثر الأطلاع
عليه واما في زمننا هذا فترك الناس سدي وسرحوا
هملا وفوضت اليهم شوونهم فتحركوا بحسب اهوايهم
وجروا نحو ظنونهم واطماعهم وعمل كل امري منهم
علي شاكلته وبموجب سجيته وبحسب ما تسول له
نفسه ويدعوا اليه هواه فلما راوا اثارا هايلة راعهم
منظرها وظنوا ظن السوء بمخبرها وكان جل انصراف
ظنونهم الي معشوقهم واجل الاشيا في قلوبهم وهو
الدينار والدرهم فهم كما قيل

وكل شي راه ظنه قدحا
وكل امري ظنه الساقي

فهم

CAP. IV.

Primo, ut monumenta præberent, quorum ope deſignarentur epochæ. Secundo, ut teſtimonium perhiberent pro libris divinitus demiſſis; namque in ſanctiſſimo Alcorano mentio facta eſt de iis, deque eorum cultoribus: præterea, eorum contemplatio repræſentat res geſtas, et veros exhibet annales. Tertio, quia illa et indicant, quo ſit eundum, et quo ſit redeundum monent. Quarto, quia illa patefaciunt, qualis fuerit antiquorum conditio ac ſtatus; quæ vitæ eorum ratio; quæ copia doctrinæ; quæ denique cogitationum puritas; et alia ejuſmodi. Atque hoc omne eſt ex eo genere, cujus ad cognitionem anhelare animus, et ad cujus intelligentiam aspirare poteſt. At noſtra hac ætate homines libere ſibi relicti, licenter vagari permiſſi, rebus item ſuis traditi, moverunt ſe pro ratione cupiditatum ſuarum; et ſecuti opiniones ſuas, ſtudiaque ſua, fecerunt pro phantaſia quiſque ſua, et pro eo ac natura cujuſque poſtulavit, et ſecundum id ad quod eos incitavit ipſorum voluntas. Monumenta ergo poſtquam viderunt hæc ſtupenda, perculſi eorum conſpectu, ſcelerata inierunt conſilia de eorum ſtatu cognoſcendo; imo tota eorum cura eo vergebat, ut deſiderio ſatisfacerent ſuo: quippe præcipua res, quam in corde fovebant ſuo, erat aurum et argentum; quare in eos cadit,

"Et omne quod vidit, putavit eſſe poculum;
"Et omnem quem vidit, putavit eſſe pocillatorem."

Exiſtimantes

فهم يحسبون كل علم يلوح لهم انه علم علي مطلب
وكل شق مغطور في جبل انه يفضي الي كنز
وكل صنم عظيم انه حافظ المال تحت قدميه وهو
مهلك عليه فصاروا يعملون الحيلة في تخريبه
ويبالغون في تهديمه ويفسدون صور الاصنام افساد من
يرجوا عندها المال ويحاف منها التلف ويتعبون
الاحجار نقب من لا يتهاري انها صناديق مقفلة
علي ذخاير ويسربون في فطور الجبال سروب متلصص
قد اتي البيوت من غير ابوابها وانتهز فرصة لم يشعر
غيره بها

وهذه الفطور منها ما يدخل حبوا ومنها ما يدخل
زحفا ومنها ما يدخل سحبا علي الوجوه ومنها مضايق
لا ينسحب فيها الا الضرب الضييل واكثر ذلك انما
هو فطور طبيعية في الجبال

ومن كان من هولاء له مال اضاع في ذلك ومن
كان فقيرا قصد بعض المياسير وقوي طمعه وقرب امله
بايمان يحلفها له وعلوم يزعم انه استاثر بها دونه
وعلامات

CAP. IV.

Exiſtimantes itaque omne ſignum, quod ipſis appareret, eſſe ſignum quod ad cimelium ſpectaret; et omnem fiſſuram in monte factam, ducere ad theſaurum; et omne Idolum magnum cuſtodire pecunias ſub pedibus ſuis, et, cum ſtaret ſuper iis, poſſe peſſundari; commoliti ſunt technam de eo deſtruendo, et ſumma ſunt in eo diruendo uſi diligentia. Hinc figuras idolorum corrumpebant, prout is qui ſperat juxta ea eſſe pecunias, timetque de eorum interitu; et lapides perfodiebant, prout is qui non dubitat eos eſſe ciſtas obſeratas ſuper theſauris; et fiſſuras montium ingrediebantur, prout latro, qui domos intrat clanculum, neque per portas, captatque occaſionem, quam præter ſe ſciat nemo.

Ex his autem fiſſuris aliæ erant, in quas intrabatur ab iis qui manibus innixi ſerperent; aliæ in quas natibus prorepebant; aliæ, in quas variis ipſi ſe trahebant modis: aliæ autem tam anguſtæ erant, ut in illas nonniſi vir gracilis poſſet trahi: at pleræque harum fiſſurarum natura ſunt in montibus factæ.

Qui ergo ex his hominibus nummos habebat, dilapidavit eos in hanc rem; qui vero erat pauper, feliciores adibat quoſdam, et cupidinem eorum incendebat, et ſpem eorum confirmabat, cum jurejurando, tum ſignis, quæ ſibi ſoli erant cognita; quæ quidem omnia effecerunt, ut qui auſcultaſſent iis, ſuum ſimul conſilium cum re ſua

يدعي انه شاهدها حتي يخسر ذلک عقله ومساله
وما اقبح بعد ذلک مااله

ومما يقوي اطماعهم ويديم اصرارهم انهم يجدون
نواويس تحت الارض فسيحة الارجا محكمة البنا وفيها
من موتي القدما الجم الغفير والعدد الكثير قد
لفوا باكفان من ثياب القنب لعله يكون علي الميت
منها زها الف ذراع وقد كفن كل عضو علي انفراده
كاليد والرجل والاصبع في قمط دقاق ثم بعد ذلک
تلف جثة الميت جملة حتي يرجع كالحمل العظيم
ومن كان يتتبع هذه النواويس من الاعراب واهل
الرين وغيرهم ياخذ هذه الاكفان فما وجد فيه
تماسکا اتخذه ثيابا وباعه للوراقين يعملون منه ورق
العطارين

ويوجد بعض موتاهم في توابيت من خشب الجميز
ثخين ويوجد بعضهم في نواويس من حجارة اما
رخام واما صوان وبعضهم في ازيار مملوة عسلا وخبرني
الثقة انهم بينما كانوا يتقفون المطالب عند الاهرام
صادفوا

amiſerint. Atqui re fruſtra tentata, reditus eorum quam fuit turpis!

Quod vero eorum corroboravit fiduciam, et confirmavit perſeverantiam, [illud erat,] quod ſub terra invenerint cœmeteria lateribus ampla, ſtructura firma, in quibus mortuorum ex veteribus multitudo eſſet ingens, et numerus immanis. Erant ii quidem implicati involucris, ex materia cannabina contextis, quorum aliqua ſuper mortuo æquarent mille circiter cubitos: quippe membrum quodque involutum eſſe ſeparatim, ut manum, pedem, digitum, in tæniis ſubtiliſſimis: corpus deinde totum ita involutum eſſe, ut repreſentaret molem magnam. Arabes autem Scenitæ, homineſque campeſtres, et alii, qui cœmeteria hæc ingreſſi erant, ceperunt feralia hæc involucra: præterea, quicquid invenerunt moſcho imbutum, id aut retinuerunt ſibi, ut veſtimenta condirent, aut vendiderunt aromatariis, qui odoramentum inde aromaticum conficerent.

Inventi autem ſunt ex defunctis iſtis alii in feretris ex ligno ſycomori craſſo; alii inventi in feretris ex marmore vel albo, vel rubro; alii præterea in capulis plenis melle. Narravit mihi quidam fide dignus, iſtos, cum quærendis theſauris operam navarent juxta Pyramides, inveniſſe vas oblongum obſignatum, idque, cum aperuiſſent, conti-

 nuiſſe

صادفوا دنا مختوما فغضوا فاذا فيه عسل فاكلوا
منه فعلق في اصبع احدهم شعر فجذبه فظهر لهم
صبي صغير متماسك الاعضا رطب البدن عليه شي
من الحلي والجوهر وهولا الموتي قد يوجد علي
جباههم وعيونهم وانوفهم ورق من الذهب كالقشر وقد
يوجد منه ايضا علي فرج المراة وربما وجد قشر من
الذهب علي جميع الميت كالغشا وربما وجد عنده
شي من الذهب والحلي والجوهر وربما وجد عنده
الآلته التي كان يزاول بها في حياته وخبرني الثقة انه
وجد عند ميت منهم الآلة المزين مسنا وموسي وعند
اخر الآلة الحجام وعند اخر الآلة الحايک ويظهر من
حالهم انه قد كان من سنتهم ان يدفنوا مع الرجل
الآلته وماله وسمعت ان طوايف من الحبشة هذه
سنتهم ويتطيرون بيتاع الميت ان يمسوه او يتصرفوا
فيه وكان لنا قريب دخل الحبشة واكتسب مالا منه
مايتا اوقية من الذهب وانه لما مات اكرهوا
رجلا مصريا كان معه علي اخذ ماله فاخذه مهتنا
عليهم

وقد

nuiſſe mel, de quo comederint: mox vero, cum digito cujuſdam eorum adhæſiſſent capilli, iique extracti fuiſſent, apparuiſſe puerum parvum, qui membris eſſet cohærentibus, et corpore tenero, haberetque ſuper ſe ornamentum quoddam et gemmam. Porro ſuper defunctorum horum frontibus, oculis item et naſis, inventam eſſe lamellam auream, corticis inſtar; quin etiam inventam eſſe eandem ſuper αἰδοίῳ muliebri: interdum ſuper toto corpore hominis defuncti inventum eſſe corticem aureum, inſtar tegumenti; et interdum inventum eſſe juxta eum aliquid ex auro, ornatu, et gemma: interdum vero inventum eſſe juxta eum inſtrumentum ipſius, quo vivus fuerat olim operatus. Retulit mihi iſte fide dignus, ſe inveniſſe juxta alium ex defunctis iſtis inſtrumentum tonſoris, cotem et novaculam; juxta alium inſtrumentum chirurgi; juxta alium inſtrumentum textoris. Ex quibus patet, conſuetudine apud eos receptum fuiſſe, cum viro ut ſepelirentur inſtrumentum, et opes ejus. Æthiopes quoſdam audivi eandem habere conſuetudinem, malumque capere augurium de utenſilibus defuncti, quando ea tangantur, vel uſui adhibeantur. Nimirum fuit nobis ipſis cognatus, qui Æthiopiam ingreſſus, lucratus ibi eſt opes, quæ valerent ducentas uncias auri. Is cum mortuus fuiſſet, vi adegerunt virum Ægyptium, qui cum eo una erat, ut pecunias ejus caperet; quas quidem ille cepit, iiſque valedixit.

Et

وقد كان من سنتهم والله اعلم ان يجعل مع
الميت شي من الذهب فخبرني بعض قضاة بوصير
وهي مجاورة مدافنهم انهم نبشوا ثلثة اقبر فوجدوا
علي كل ميت قشرا رقيقا من الذهب لا يكاد يجتمع
وفي فيه سبيكة من الذهب فجمع السبايك الثلثة
فكان وزنها تسعة مثاقيل والحكايات في ذلك اوسع
من ان يحصرها هذا الكتاب

واما ما يوجد في اجوافهم وادمغتهم من الشي
الذي يسمونه موميا فكثير جدا يجلبه اهل الريف
الي المدينة ويباع بالشي النزر ولقد اشتريت ثلثة
اروس مملوة منه بنصف درهم مصري

واراني بايعه جوالقا مملوا من ذلك وكان فيه
الصدر والبطن وحشوة من هذا المومیا ورايته قد
داخل العظام وتشربته وسري فيها حتي صارت كانها
جزء منه ورايت ايضا علي قحف الراس اثر ثوب الكفن
واثر النساجة قد انتقش فيه كما يرتسم علي الشمع
اذا ختمت به علي ثوب

وهذا

CAP. IV.

Et profecto ex more erat eorum (melius quid ſit, viderit Deus) ut aliquid auri ſepeliretur cum defuncto. Retulit enim mihi judex quidam Buſiræ, quæ in vicinia eorum cœmeteriorum eſt, homines refodiſſe tria ſepulchra, inveniſſeque ſuper unoquoque defuncto lamellam tenuem auream, quæ non poſſet detrahi; præterea in cujuſque ore fuiſſe quantitatem quandam auri liquati; et extractas tres tales quantitates æquaſſe pondere ſuo novem ſeſquidrachmas. Sed hiſtoriæ hac de re ſunt fuſiores, quam ut comprehendi breviter in hoc libro poſſint.

Quod vero ad ea attinet, quæ in ventribus et cerebris eorum inventa ſunt, de rebus quas vocant Mumias, certe permulta ſunt. Ruſtici has deferunt venum in urbem, venduntque pretio exiguo: et quidem emi ego capita tria, referta iſta re, dimidia drachma Ægyptia.

Præterea, monſtravit mihi eorum venditor loculum plenum iſta materia, continentem pectus, ventrem item et inteſtina, ex hac Mumia. Eam vidi materiam inſinuaſſe ſe in oſſa, quæ eam imbibiſſent penitus. Imo ſe eo uſque inſinuaverat, ut Mumiæ ipſius quaſi pars quædam facta ſint oſſa. Vidi quoque ſuper calvaria veſtigium amiculi feralis, veſtigiumque operis textorii, in quo notæ apparerent ſimiles iis, quæ conſpici ſolent in cera veſti impreſſa.

Mumia

وهـذا المـوميا هو اسود كالقفر ورايته اذا اشتد عليه حر الصيف يجري ويلصق بها يدنوا منه واذا طرح علي الجمر غلي ودخن وشبهت منه رايحة القـفر او الزفت والغالب انه زفت ومر

واما المـوميا بالحقيقي فشي ينحدر من رووس الجبال مع المياه ثم يجمد كالقار ويفوح منه رايحة زفت مخلوط بقـفر وقال جالينوس المومیا يخرج من العيون كالقار والنفط وقال غيره هـو صنف من القار ويسمي حيض الجبال وهذا الذي يوجد في تجاويف الموتي بمصر لا يـبعد عن طباع المومیا وان يستعمل بدله اذا تعذر

ومن اعجب ما يوجد في مدافنهم اصناف الحيوان من الطير والوحش والحـشرات وقد كفن الواحد مـنـهـا في كذا كذا ثـوبـا وهـو محتاط عليه محتفظ به

وخبرني الثـقة انهم وجدوا بـيتا تحت الارض محكما ففتحوه فوجدوا فيه لغاين ثياب القـنب وقد

CAP. IV.

Mumia autem hæc erat nigra, bituminis inſtar: quam quidem vidi, ubi calor æſtivus intenderetur, fluxiſſe, rebuſque adjacentibus adhæſiſſe; cum vero prunis ſuperinjiceretur, bulliviſſe ac fumaſſe; unde odorem olfeciſſes bituminis aut picis, imo potius picis et myrrhæ.

Porro quod ad Mumiam attinet veram et germanam, ea eſt res, quæ defluit de verticibus montium cum aquis, deinde congelaſcit ut pix liquida, diffundens odorem de ſe picis mixtæ cum bitumine. Galenus ait, Mumiam exire e fontibus inſtar picis liquidæ et napthæ: dicunt alii, eam eſſe ſpeciem picis liquidæ, quæ menſtruum montium vocetur; et hæc eſt illa, quæ in Ægypto reperitur in mortuorum interaneis, non longe recedens a natura Mumiæ; nam illius, ea ſi comparatu ſit difficilis, loco uſurpatur.

Ex maxime mirabilibus autem, quæ in eorum ſepulturæ locis reperiuntur, ſunt animalia varia, velut aves, feræ, reptilia; quorum quodque involutum eſt veſte hac vel illa, circumcingente illud et conſervante.

Retulerunt mihi quidam fide digni, ſe inveniſſe domum ſub terra munitam, atque in ea, poſtquam eam aperuiſſent, reperiſſe faſcias ex materia cannabina, villis

وقد تهعطت فازالوها مع كثرتها فوجدوا تحتها عجلا
صحيحا قد احكم تقبيطه وحدثني اخر انهم وجدوا
صقرا فنشروا عنه من لغايف الثياب حتي عيوا
فوجدوه لم تسقط منه ريشة وحكي لي مثل ذلك ٨
عن هر وعن عصفور وعن خنفسا وغير ذلك مما
يطول شرحه ويهجن ذكره

وحكي لي ايضا الامير الصادق انه كان بقوص
فجا اليه من يحبث عن المطالب فذكروا له انهم
انخسفت بهم هوة موهمة ان فيها دفينا فخرج معهم
بجماعة متسلحين وحفروا فوجدوا زيرا كبيرا موثق
الراس بالحص ففتحوه بعد الجهد فوجدوا فيه
كالاصابع مكفنا بخرق فحلوها فوجدوا تحتها صيرا
وهو سمك صغار وقد صار كالهبا اذا نفخ طار فنقلوا
الزير الي مدينة قوص بين يدي الوالي واجتمع
عليه نحو ماية رجل فحلوا الجميع حتي اتوا
علي اخره وهو كله صير مكفن ليس فيه سوي
ذلك

ورايت

prorſus deſtitutas: ſub quibus, cum eas, non obſtante earum multitudine, removiſſent, invenerint vitulum integrum, firmiter faſciatum. Alii narrarunt mihi, ſe inveniſſe accipitrem, quem dum magno cum labore e tæniis linteis evolviſſent, ſe deprehendiſſe quod plumæ ei nondum decidiſſent. Similia narrata ſunt de fele, paſſere, ſcarabæo: ſed hæc explicare longum foret, et referre indignum.

Sequentia quoque a viro fido veracique ſunt mihi relata: nempe ad ſe, dum in Cuſa commoraretur, acceſſiſſe theſaurorum indagatores, dicentes ei, detectam ſibi fuiſſe cavernam, quæ ſpeciem præ ſe ferret aliquid in ſe reconditum continendi: exiiſſe ſe una cum iis, turba ſtipatum armata: foſſione autem facta, inveniſſe urnam magnam, gypſo in capite firmatam; in ea dein, poſtquam non ſine difficultate aperuiſſent, reperiſſe res digitis ſimiles, panniculis obvolutas; ſub his denique ſolutis deprehendiſſe *Siros*, piſces nimirum parvos, ſed ita in pulverem redactos, ut flatu diſpergi poſſent: urnam iſtam delatam eſſe in urbem Cuſam ad præfectum, ubi congregati centum circiter viri totam eam ad fundum uſque perveſtigarint; ſed nihil omnino, niſi *Siros* habitu ferali indutos, continuiſſe.

ورايت انا بعد ذلک في مدافنهم ببوصير من
العجايب ما لا يفي به هذا الكتاب فمن ذلک اني
وجدت في هذه المدافن مغاير تحت الارض مبنية
باتقان وفيها رمم مكفنة في كل مغارة عدد لا يحصي
ومن المغاير ما هو مملوء برمم الكلاب ومنها ما هو
مملوء برمم البقر ومنها ما فيه رمم السنانير والجميع
مكفن بخرق القنب ورايت شيا من عظام بني ادم وقد
تبشق حتي صار كالليف الابيض لقدمه ومع ذلک
فاكثر الرمم التي رايتها صلبة متماسكة جدا يظهر عليها
من الطراة اكثر من رمم الهالكين سنة سبع وتسعين
وخمس ماية الاتي ذكرها اخر كتابنا هذا ولا سيما
ما كان من الرمم القديمة قد انصبغ بالزفت او القطران
فانک تجدها في لون الحديد وصلابته ورزانته ورايت
من جماجم البقر ما شا الله وكذلک جماجم الغنم
وفرقت بين روس المعز والضان وبين روس البقر والثيران
ووجدت لحم البقر قد التصق بالاكفان حتي صار قطعة
واحدة حمرا تضرب الي السواد وبخرج العظم من تحتها
ابيض يققا وبعض العظام احمر وبعضها اسود وكذلک
في عظام الادمي ولا شک ان الاكفان كانت تبل بالصبر
والقطران

CAP. IV.

Præterea vidi ipſe in eorum conditoriis Buſiræ res mirabiles, quæ libro hoc comprehendi non poſſunt. Ex iis eſt, quod reperi in hiſce cœmeteriis ſpeluncas ſubterraneas, arte magna conſtructas, in iiſque oſſa ferali amiculo involuta; quæ quidem in ſingulis ſpeluncis innumerabilia ſunt. Alia autem ſpeluncarum eſt plena reliquiis canum; alia plena eſt reliquiis boum; felium reliquias alia continet: omnes hæ obvolutæ ſunt panniculis cannabinis. Vidi etiam oſſa quædam humana, ſed ita exeſa, ut fibras referrent candidas præ antiquitate: nihilominus pleraque oſſa, quæ oculis uſurpavi, ſunt dura, compacta, recentiorem exhibentia colorem quam oſſa eorum, qui anno quingenteſimo nonageſimo ſeptimo perierunt, de quibus mentio fiet in fine hujus libri. Oſſa vero iſta, antiqua præſertim, pice ſunt imbuta aut bitumine: namque deprehendes ea colorem exhibere ferri, ejuſque duritiem et gravitatem. Vidi quoque crania boum quædam, Deo ita volente; ſimiliter crania ovium; potuique diſtinguere inter capita caprina et ovina; item inter capita bovina et taurina, ut qui obſervabam carnem bovis ita coaluiſſe cum involucris, ut evaderet pars eorum rubra, ad nigredinem vergens; ex qua os infra emineret admodum album. Alia autem oſſa ſunt rubra, alia nigra; ſic ſe res habet et in oſſibus humanis: neque dubium, quin amicula iſta feralia madefacta fuerint aloe et pice liquida, iiſque imbuta, dein ita cadaveribus involvendis adhibita: quare tincturam accepit caro,

والقطران وتشرب به ثم يكفن بها فلذلك يصبغ اللحم
ويبقيه وما نال منها العظم صبغه فاحمر واسود
ووجدت في عدة مواضع تلالا من رمم الكلاب لعله
يكون في جملتها ماية الف راس كلب او يزيد وذلك
مما يثير الباحثون عن المطالب فان جماعة يجعلون
مكاسبهم من هذه القبور واخذ ما سنح لهم من الخشب
والخرق وغيره واستقريت جميع المواضع الممكنة فلم اجد
فيها راس فرس ولا جمل ولا حمار فبقي ذلك في نفسي
فسالت مشايخ بوصير فبادروا الي اخباري بانهم قد
تقدمت فكرتهم في ذلك واستقراوهم اياه فلم يجدوه
واكثر توابيتهم من خشب الجميز وفيه القوي الصلب
ومنه ما صار في درجة الرماد وخبرني قضاة بوصير
بعجايب منها انهم وجدوا ناووسا من حجر فنقضوه
فالفوا فيه ناووسا فنقضوه فوجدوا فيه تابوتا ففتحوه
فوجدوا فيه سحلية وهي سام ابرص مكفنة محتاطا
عليها معنيا بها

ووجدنا عند بوصير اهراما كثيرة منها هرم قد انهدم
وبقي قلبه فقسناه من مبدا اساسه فوجدناه لا
يتقاصر عن هرمي الجيزة

وجميع

CAP. IV.

caro, eamque conſervavit, et quicquid inde ad os penetravit, tingebat illud; hinc rubrum evaſit, aut nigrum. Reperi multis in locis tumulos ex oſſibus canum conſtructos: forte in univerſum centum mille capita canina, aut amplius. Hæc ſunt ex iis, quæ eruunt theſaurorum indagatores. Utique multi lucrum ſibi faciunt ex hiſce ſepulchris, dum ligna aſportant, veſtes, aliaque, quæ ipſis obtingant. Perſcrutatus ſum omnia quæ potui loca; ſed caput reperi in iis neque equinum, neque camelinum, neque aſininum: quod cum mecum reputarem, interrogavi doctores Buſirenſes, qui mihi perbenigne reſponderunt, pridem ſe ea de re cogitaſſe, cauſamque inquiſiviſſe, neque tamen, ea quæ fuerit, detegere potuiſſe. Pleræque arcæ eorum ferales ſunt ex ligno ſycomori, quod virtute pollet prædura, et quicquid ex eo exit, dilabitur in cineres. Mira enarrarunt mihi judices Buſirenſes. Ex iis eſt, quod illi in arcam inciderint lapideam; qua aperta, repererint arcam; qua iterum aperta, deprehenderint ciſtam; denique etiam hac recluſa, invenerint *Solhiam*, id eſt, lacertam, habitu ferali indutam; in qua conſervanda videatur ſumma ſedulitas et cura fuiſſe adhibita.

Invenimus autem juxta Buſiram Pyramides multas; quarum unam dirutam, maxima tamen parte integram, cum menſuraviſſemus a baſi, obſervavimus non minorem eam fuiſſe, quam ſint Pyramides duæ Al Gizæ.

Quæcunque

وجميع ما حكيناه من احوال مدافنهم ببوصير
يوجد نحوه وامثاله بعين شمس وبالبرابي وبغيرها

واعلم ان الاهرام لم اجد لها ذكرا في التوراة ولا
في غيرها ولا رايت ارسطو ذكرها وانما قال في اثنا
قول له في السياسة كما كان من سنة المصريين
البنا وللاسكندر اللافروزيسي تاريخ صغير ذكر فيه
اليهود والمجوس والصابية وتعرض لشي من اخبار
القبط واما جالينوس فرايته ذكر الاهرام في موضع
واحد وجعله من هرم الشيخوخة وقال في كتاب شرح
الاهوية والبلدان لبقراط فمن اراد ان يتعلم صناعة
النجوم فعليه بمصر فان اهلها قد عنوا بذلك عناية
تامة هذا معني قوله وقال في كتاب عمل التشريح
فمن اراد ان يشاهد كيفية تركيب العظام وهيتها
فينبغي له ان يقصد الاسكندرية ويشاهد موتي القدما

واعلم ان القبط بمصر نظير النبط بالعراق ومنف
نظيرة بابل والروم والاقاصر بمصر نظير الفرس والاكاسرة
بالعراق

CAP. IV.

Quæcunque retulimus de ſtatibus conditoriorum in Buſira, eadem et ſimilia reperiuntur in Ain Shamſa, et *Berbis*, alibique.

Nullam ſcito me de Pyramidibus inveniſſe mentionem neque in Pentateucho, neque alio in libro [ſacro.] Præterea, non comperi Ariſtotelem de iis uſpiam locutum fuiſſe; nam in Tractatu ſuo ſecundo *De Regimine politico*, hoc tantum dicit, "Quemadmodum mos fuit Ægyptiorum in "ædificando." Alexander Aphrodiſeus, in Chronico ſuo parvo, agit quidem de Judæis, Magis, et Sabæis; ſed ad aliud deflectit a rebus geſtis Coptorum alienum. Quod autem ad Galenum attinet, vidi illum locutum fuiſſe de Pyramidibus in loco uno, quem *De decrepita ſenectute* inſcripſerit. Præterea, in Commentario in Librum Hippocratis *De Aere et provinciis*, hoc tantum dicit: "Qui "diſcere deſiderat ſcientiam ſiderum, illi in Ægyptum "eundum; nam incolæ illius arti huic ſummam curam "adhibuerunt." Hic eſt verborum ejus ſenſus. Denique in Libro *De Operatione Anatomica* dicit: "Quicunque vi-"dere cupit fabricam et ſtructuram oſſium, is oportet "Alexandriam adeat, ibique inſpiciat defunctos antiquos."

Scito, Coptos in Ægypto ſimiles eſſe Nabathæis in Eraca, et Menufam ſimilem eſſe Babyloni; et Græcos, Cæſareſque in Ægypto ſimiles Perſis Choſroibuſque in

بالعراق والاسكندرية نظيرة المدابن والفسطاط نظير بغداد والجميع اليوم يعمه الاسلام وتشمله دعوة بني العباس

الفصل الخامس فيما شوهد بها من غاريب الابنية والمسافن

ولما ابنيتهم ففيها هندسة بارعة وترتيب في الغاية حتي انهم قلما يتركون مكانا غفلا خاليا عن مصلحة ودورهم افيح وغالب سكناهم في الاعالي ويجعلون منافذ منازلهم تلقا الشمال والرياح الطيبة وقلما تجد منزلا الا وفيه بازاهنج وبازاهنجاتهم كبار واسعة للريح عليها تسلط ويحكمونها غاية الاحكام حتي انه يغرم علي عمارة الواحد منها مايـة دينار الي خمس مايـة وان كانت بازاهنجات المنازل الصغار يغرم علي الواحد منها دينار واسواقهم وشوارعهم واسعة وابنيتهم شاهقة ويبنون بالحجر النحيت والطوب الاحمر وهو الاجر وشكل طوبهم علي نصف طوب العراق

ويحكمون

Eraca; et Alexandriam ſimilem Madaino; et Foſtatam ſimilem Bagdado: hæc omnia, Iſlamiſmum amplexa, ſub imperio ſuo hodie tenent Abbaſidæ. CAP. IV.

CAP. V.

De rebus mirandis, quæ ibi in ædificiis et navibus cernuntur.

QUOD ad ædificia attinet eorum, eximia in iis profecto ſplendet architectura, ordoque vel exactiſſimus; locumque qui nulli uſui inſerviat, vix, aut ne vix quidem, ullum relinquunt. Domus eorum ſunt amplæ, eſtque ab iis plerumque habitatum in partibus ſuperioribus. Aditus ad ædes ſuas faciunt e regione ſeptentrionis, et ſuavium ventorum; vixque reperies domum, in qua non ſit anemodochum. Anemodocha autem eorum ſunt magna, capacia, item ventis ad penetrandum facilia: quæ quidem conſtruunt arte exquiſitiſſima, adeo ut in ædificationem unius aurei nummi impendantur centum, et ad ſummum quingenti: quod ſi anemodocha ædium ſint parva, conſtat ſane unum ex illis aureo nummo uno. Fora eorum et plateæ ſunt ſpatioſa, et ædificia excelſa, quæ extruunt ex lapidibus cæſis, et *Toubis* rubris, hoc eſt, lateribus coctis; magnitudo autem laterum coctorum eorum æquat dimidiam lateris cocti Eracenſis partem.

ويحكمون قنوات المراحيض حتي انه تخرب الدار
والقناة قايمة ويحفرون الكنف الي المعين فيغبر
عليها برهة من الدهر طويلة ولا يغتقر الي كسح

واذا ارادوا بنا ربع او دار ملكية او قيسارية استحضر
His accedit, quod tempore matutino feriæ ſecundæ, die 26°. Shaabani (qui erat viceſimus quintus Beſhenſæ) factus eſt terræ motus ingens, quo tam vehementer concuſſi ſunt homines, ut proſilirent e lectis ſuis attoniti, et ad Deum opt. max. clamorem tollerent. Duravit autem longum per tempus. Referebat motus ejus aut cribri, aut alarum volucris, agitationem. Tribus abſolutus eſt concuſſionibus prævalidis; quibus profecto commovebantur ædificia, collidebantur portæ, ſtridebant tecta et trabes, inque diſcrimen ſummum adducebatur quicquid ſtructurarum erat diſſolubile, et excelſum. Quin iterata eſt terræ concuſſio circa meridiem feriæ ſecundæ: ſed plerique eam non ſenſerunt, ideo quod clanculum fieret, nec diu duraret. Ingruebat autem in nocte frigus tam acre, ut penula eſſet opus præter conſuetudinem induenda. Poſt illum diem autem ſucceſſit calor vehemens, ventuſque admodum fervens, idemque ſpiritum coarctans atque intercludens: in Ægypto autem perraro acciderat tanto cum impetu terræ motus.

Venerunt

ثم اخذت الاخبار تتواتر محدوث الزلزلة في النواحي النايية والبلاد النازحة في تلك الساعة بعينها والذي صح عندي انها حركت في ساعة واحدة طايفة من الارض من قوص الي دمياط والاسكندرية ثم بلاد الساحل باسرها والشام طولا وعرضا وتعفت بلاد كثيرة بحيث لم يبق لها اثر وهلك من الناس خلق عظيم وامم لا تحصي ولا اعرف في الشام بلدا احسن سلامة من القدس فانها لم تنك فيه الا مما لا بال به وكانت نكاية الزلزلة ببلاد الافرنج اكثر منها في بلاد الاسلام كثيرا

وسمعنا ان الزلزلة وصلت الي اخلاط وتخومها والي جزيرة قبرس وان البحر ارتطم وتموج وتشوهت مناظره فانغرق في مواضع وصارت فرقه كالاطواد وعادت المراكب علي الارض وقذف سمكا كثيرا علي ساحله

ثم وردت كتب من الشام ومن دمشق وحماة تتضمن خبر الزلزلة ومما اتصل بي من ذلك كتابان اوردتهما بلفظهما

نسخة

CAP. III.

Venerunt deinde rumores alii poſt alios de terræ motu: qui in tractibus longinquis, et regionibus remotis, ipſa eadem hora eſſet factus. Quod mihi videtur verum, ita ſe habet; hora illum una commoviſſe partem terræ inde a Kuſa ad Damiatam uſque, et Alexandriam; præterea regiones maritimas totas, et Syriam ſecundum et longitudinem et latitudinem. Delatæ autem ſunt urbes multæ, uſque adeo ut ne veſtigium quidem ſui ullum reliquerint; ingenſque hominum multitudo deperiit, et agmina pecorum innumerabilia. Aliam neſcio in Syria urbem ullam, quæ minus læſa fuerit quam Hieroſolyma; neque enim illi eſt aliquid damni illatum, niſi quod leviculum videretur. Moſlimorum quidem regiones terræ motus ille gravi damno affecit; multo gravius idem ille, multoque vehementius, Francorum in regiones ſæviit.

Audivimus terræ motum iſtum perveniſſe uſque ad *Akhlat*, ejuſque confinia, et uſque ad Cyprum Inſulam. Namque mare turbatum eſt atque agitatum, et facies ejus inhorruit: quibuſdam in locis eſt diviſum, fragminibus ejus hiatu cum immani factis montium inſtar; littori ſunt naves alliſæ; et multi in terram ejecti piſces.

Allatæ poſtea ſunt Litteræ ex Syria, Damaſco, et Hama, quæ terræ motum ſignificarent: duas ipſe Epiſtolas accepi, quas hic ſuis verbis exhibebo.

نسخة الكتاب الوارد من حماة

ولما كان سحرة يوم الاثنين السادس والعشرين من شعبان حدثت زلزلة كادت الارض تسير سيرا والجبال تمور موراً وما ظن احد من الخلق الا انها زلزلة الساعة وانت دفعتين في ذلك الوقت اما الدفعة الاولي فاستمرت مقدار ساعة او تزيد عليها واما الثانية فكانت دونها ولكن اشد منها وتاثر منها بعض القلاع فاولها قلعة حماة مع اتقانها وعمارتها وباربن مع اكتنازها ولطافتها وبعل بك مع قوتها ووثاقتها

ولم يرد عن البلاد الشاسعة والقلاع النازحة الي الان ما اذكره

ثم حدث في يوم الثلثا السابع والعشرين منه عند صلوة الظهر زلزلة استوي في علمها اليقظان والنايم وترعرع لها القاعد والقايم ثم حدثت في هذا اليوم ايضا وقت صلوة العصر ووصل الخبر من دمشق بان الزلزلة افسدت فيها منارة الجامع الشرقية واكثر الكلاسة والبيمارستان جميعه وعدة مساكن تساقطت علي اهلها وهلكوا

نسخة

CAP. III.

Exemplum Epiſtolæ Hama allatæ.

" Matutino tempore feriæ ſecundæ, die viceſimo ſexto,
" accidit terræ motus tantus, ut parum abfuerit quin
" terra prorſus diffinderetur, et montes penitus diſſilirent:
" neque ullus fuit, qui non putaret eum eſſe tremorem
" ultimæ illius horæ. Eo autem tempore vice duplici
" terra eſt concuſſa: alter erat concuſſus unius horæ, aut
" amplius; alter fuit brevior quidem ille, ſed vehemen-
" tior, a quo caſtella quædam everſa ſunt."

" Ex oppidis longinquioribus, et caſtellis remotiori-
" bus, nihil eſt adhuc nuntii allatum, quod a me memo-
" rari poſſit.

" Deinde Feria tertia, die viceſimo ſeptimo ejuſdem,
" ſub preces meridianas, accidit terræ motus, quo qui-
" dem percepto, erectus eſt eodem veſtigio vigilans quiſ-
" que ac dormiens; et ad quem commotus eſt pariter, et
" qui ſedebat, et qui ſtabat. Denique accidit terræ mo-
" tus etiam hoc ipſo die ſub preces pomeridianas: retu-
" litque nuncius ex Damaſco, quod terræ motu diruta ſit
" turris Templi magni orientalis, et maxima *Kilaſæ* pars,
" et Noſocomium totum; quodque multæ domus conci-
" derint ſuper habitatores ſuos, qui penitus deperirent."

نسخة الكتاب الوارد من دمشق.

الملوك بنهي حدوث زلزلة ليلة الاثنين سادس
وعشرين شعبان وقت انفجار الفجر واقامت مدة قال
بعض الاصحاب انها مقدار ما قرا سورة الكهف وذكر
بعض المشايخ بدمشق انه لم يشاهد مثلها فيما تقدم
وما اثرت في البلد سقوط ست عشرة شرفة من
الجامع واحدي المأذن وتشقق احري وقبة الرصاص
يعني النسر وانخساف الكلاسة ومات فيها رجلان
ورجل اخر علي باب جيرون وتشقق بالجامع مواضع
كثيرة وسقط بالبلد عدة ادور

وذكر عن بلاد المسلمين ان بانياس سقط بعضها
وصخت صدفك ولم يبق بها الا من هو ملك سوي
ولد صاحبها وكذلك تبنين ونابلس لم يبق بها
جدار قايم سوي عمارة السهرة ويذكر ان القدس سالم
والحمد لله

واما بيت جن فلم يبق منه والاساس
الجدران الا وقد اتي عليه الخسف وكذلك
اكثر

Exemplar Epiſtolæ Damaſco allatæ. CAP. III.

" Servus humillimus ſignificat, feria ſecunda, die 26°. " Shaabani, tempore quo aurora illuceſceret, eveniſſe terræ " motum, qui duraret diu; ait quidam ſociorum, eum " duraſſe tantum fere temporis ſpatium, quanto opus ſit " ad perlegendam *Suram Speluncæ*. Narrat e Damaſco " ſenex quidam; ſe ex iis terræ motibus qui præiiſſent, " nullum plane vidiſſe, qui huic eſſet conſimilis. Damna " in urbe facta ſunt fere hæc. Acroteria ſedecim de " Templo deciderunt, et una turrium; altera autem diſ- " rupta eſt, uti et tholus plumbeus, id eſt, Aquila. *Kilaſæ* " in terram hiantem defoſſa eſt, in qua mortui duo viri " ſunt; vir autem alius ad portam *Jirun*. Præterea multa " in Templo loca rimas egere, multæque domus in urbe " collapſæ ſunt.

" Memoratur, quod ex regionibus Iſlamiticis pars Ba- " niaſi corruerit, pariter et Saphadi, in qua nemo eſſet " quin periret, excepto filio ejus qui illi præfuit. Simi- " liter Tibnin, et Nabolos; in qua ne paries quidem " manſerit erectus, ſi excipias vicum Al Samara. Refe- " runt autem Hieroſolymam manſiſſe illæſam. Deo " ſit laus.

" Quod ad Baitjin attinet, non remanſit de eo quic- " quam, ne fundamentum quidem murorum, quod ſub-

verſum

اكثر بلاد حوران غارت ولم يعرف لبلد منها موضع يقال فيه هذه القرية الفلانية ويقال ان عكة سقط اكثرها وصور ثلثها وعرقة خسف بها وكذلك صافيثا

واما جبل لبنان فهو موضع يدخل الناس اليه بين جبلين يجمع منه الريباس الاخضر فيقال ان الجبلين انطبقا علي من بينهما وكانت عدتهم تناهز مايتي رجل وقد اكثر الناس في حديثها

واقامت بعد ذلك اربعة ايام تحدث في النهار والليل

ونسل الله لطفه وتدبيره وهو حسبنا ونعم الوكيل

ومن عجيب ما شاهدنا ان جماعة ممن ينتابني في الطب وصلوا الي كتاب التشريح فكان يعسر افهامهم وفهمهم لقصور القول عن العيان

" verſum non eſſet. Similiter pleræque urbes Haurani, CAP. III.
" labe terræ in fundum ſubſiderunt; neque ullis de op-
" pidis ejus exiſtit locus, de quo dici poſſit, Hæc eſt urbs
" illa. Dicitur Accæ maxima pars collapſa eſſe, Tyri
" tertia pars: Ircata autem in terram eſt abdita, nec non
" Saphitha.

" Porro quod ad montem Libani attinet, eſt locus, ad
" quem accedunt homines duos inter colles, colligiturque
" ibi *Ribas* viride: iſti igitur duo colles dicuntur corruiſſe
" ſuper homines intermedios, quorum numerus eſſet fere
" ducentorum virorum: quanquam alii eum perhibent
" etiam majorem fuiſſe.

" Per ſpatium quatuor dierum terræ motus die noctu-
" que iterum rediit iterumque.

" Dei ad clementiam confugiamus, eoque nobis liceat
" uti duce et conſervatore. Sufficit ille nobis ad ſalutem,
" idemque eſt rerum noſtrarum tutela longe longeque
" optima."

Inter ea quæ vidimus, mirum eſt hoc. Cum multi eorum, qui mecum aſſidue eſſent in re medica inſtituendi, ſtudium collocaſſent in Auctoribus Anatomicis (et ad docendum et intelligendum difficilibus, eo quod verba non ſufficerent ad rem, quæ ante oculos verſaretur, accurate deſcri-

العيان فاخبرنا ان بالمقس تلا عليه رمم كثيرة فخرجنا اليه فراينا تلا من رمم له مسافة طويلة يكاد يكون ترابه اقل من الموتي به تحدس ما يظهر منهم للعيان بعشرين الفا قصاعدا وهم علي طبقات في ترب العهد وبعده

فشاهدنا من شكل العظام ومفاصلها وكيفية اتصالها وتناسبها واوضاعها مما افادنا علما لا نستفيده من الكتب اما انها سكتت عنها او لا يفي لفظها بالدلالة عليه او يكون ما شاهدناه مخالفا لما قيل فيها والحس اقوي دليلا من السمع فان جالينوس وان كان في الدرجة العليا من التحري والتحفظ فيما يباشره ويحكيه فان الحس اصدق منه

ثم بعد ذلک يتخيل لقوله مخرج ان امكن فمن ذلک عظم الفک الاسفل فان الكل قد اطبقوا علي انه عظمان بمفصل وثيق عند الحنک وقولنا الكل انما نعني به هاهنا جالينوس وحده فانه هو الذي باشر التشريح بنفسه وجعله دابه ونصب عينه وصنف فيه

deſcribendam) una mecum ii facti ſunt certiores, eſſe in *Makſo* collem, ſuper quo oſſa jacerent multa. Egreſſi igitur illuc, vidimus collem oſſibus abundantem, longeque extenſum; in quo parum abfuit, quin minus eſſet ſoli vel æquoris [quod appareret,] quam cadaverum [in eo jacentium.] Ex ſpecie externa, quæ in oculos incurrit, dixeris eſſe viginti millia et amplius: erantque in claſſes quaſi diſtributa, pro ratione temporis quo ibi eſſent poſita. CAP. III.

Jam de figuris oſſium articuliſque eorum, item juncturæ eorum proportione et modo, item de eorum ſitu, ea didicimus, quæ ex libris haurire nobis haud integrum fuit. Hi enim vel tacebant de talibus, vel carebant verbis quæ ad ea explicanda ſufficerent, vel iis quorum oculati nos teſtes fuimus, contraria afferebant. Eſt quippe oculus dux fidelior quam auris. Etenim Galenus, etiamſi ad id quod melius ſit inveſtigandum diligentiſſime invigilavit, magis eſt tamen oculis quam ſcriptori illi credendum, de eo quod verum ſit.

Licet utique a verbis ejus, ſi uſus venerit, recedere: exemplo ſit os Maxillæ inferioris. Statuit ὁ *πάνυ*, eam binis conſtare oſſibus, cum articulo valido ad mentum. Hoc autem loco, per *τὸν πάνυ* intelligimus Galenum ſolum: nam ipſe eſt ſolus qui Anatomiam tractavit, quique ad eam animo toto incubuit, oculoſque ad eam intentos, ve-

فيه عدة كتب معظمها موجود لدينا والباقي لم يخرج الي لسان العرب

والذي شاهدنا من حال هذا العضو انه عظم واحد ليس فيه مفصل ولا درز اصلا واعتبرناه ما شا الله من المرات في اشخاص كثيرة تزيد علي الغي جمجمة باسناف من الاعتبارات فلم نجده الا عظما واحدا من كل وجه ثم اننا استعنا بجماعة مغترقة اعتبروه بحضرتنا وفي غيبتنا فلم يزيدوا علي ما شاهدناه منه وحكيناه وكذلك في اشيا اخر غير هذه ولين مكنتنا المقادير بالمساعدة وضعنا مقالة في ذلك تحكي فيها ما شاهدناه وما علمناه من كتب جالينوس ثم اني اعتبرت هذا العظم ايضا بدافن بوصير القديمة المقدم ذكرها فوجدته علي ما حكيت ليس فيه مفصل ولا درز ومن شان الدروز الخفية والمفاصل الوثيقة اذا يقادم عليها الزمان ان تظهر وتتفرق وهذا الفك الاسفل لا يوجد في جميع احواله الا قطعة واحدة

واما

luti ad ſcopum, collineavit. Multos ille compoſuit de arte ea libros; quorum plerique apud nos inveniuntur, cæteri in linguam Arabum non ſunt converſi. CAP. III.

Jam vero quod obſervavimus de membri hujus vera conditione, eſt hoc, oſſe illud non niſi uno conſtare, articulumque habere plane nullum, neque ullam commiſſuram. Quippe examinavimus illud, gratia Dei, plus vice ſimplici, compluribus in corporibus, quorum ſane numerus ſuperat bis mille crania: id cum a me factum ſit inveſtigatione multiplici et accurata, repertum eſt ei membro ineſſe os tantummodo unum. Nobis porro adjumento fuerunt viri plurimi doctrina inſtructiſſimi, qui nobis modo præſentibus, modo abſentibus, id examinaverunt; ſed illis quæ diximus et retulimus haud quicquam addiderunt, perinde atque in rebus aliis. Quod ſi fata nobis faverint, compoſuerimus Tractatum hac de re, in quo propoſitum ſit, tam quæ a nobiſmetipſis obſervata ſint, quam quæ ex operibus Galeni didicerimus, fuſe et dilucide explicare. Hoc ego os examinavi etiam in priſcis Buſiræ conditoriis, de quibus facta a me ſupra eſt mentio; deprehendique illud, prout dixi, carere articulo et commiſſura. Conditio autem commiſſurarum paulo occultiorum, articulorumque ſolidorum, ita eſt comparata, ut cum plurimum aſſumpſerint vetuſtatis et roboris, ad conſpiciendum ſe præbeant, et a ſe invicem divellantur: at tota Maxillæ hujuſce ſubſtantia non reperitur niſi fruſtum ſimplex et unum.

واما العجز مع العجب ذكر جالينوس انه مولف
من ستة اعظم ووجدته انا عظما واحدا واعتبرته بكل
وجه من الاعتبار فوجدته عظما واحدا ثم اني اعتبرته
في جثة اخري فوجدته ستة اعظم كما قال جالينوس
وكذلك وجدته في ساير الجثث علي ما قال الا في
جثتين فقط فاني وجدته فيهما عظما واحدا وهو في
الجميع موثق المفاصل ولست واثقا بذلك كما انا
واثق باتحاد عظم الفك الاسفل

ثم اننا دخلنا مصر فراينا فيها دروبا واسواقا
عظيمة كانت مغتصة بالزحام والجميع خال ليس فيه
حيوان الا عابر سبيل في الاحايين وان المار فيها
ليستوحش ومع ذلك فقلما ينفك قطر منها عن جثة
وعظام متفرقة حتي خرجنا الي موضع يسمي اسكرجة
فرعون فراينا الاقطار كلها مغتصة بالجثث والرمم
وغلبت علي الاكام بحيث جللتها وكادت تغلب
علي ترابها وراينا في هذه الاسكرجة وهي وهدة
عظيمة حين ما اشرفنا عليها الجماجم بيضا وسودا
ودكنا بعضها علي بعض طبقات وقد اخفي كثرتها
وتراكمها

CAP. III.

Quod attinet ad Os Coccygis, cum Oſſe Sacro, dixit Galenus illud conſtare oſſibus ſex; verum ego inveni illud os eſſe non niſi unum: adhibita autem omni diligentia, cum examinaſſem illud in cadavere alio, inveni idem ſex habere oſſa, uti ſtatuit Galenus. Prout ille dixit, ita ſe rem habere comperi in multis cadaveribus: duo oportet excipiam; nam in his deprehendi illud unum eſſe os, idque in totum articulis ſolidatum. De Oſſe autem Sacro, unum ſit nec ne, res non tam cognita eſt et explorata, quam de oſſe inferioris Maxillæ, quod quidem eſt unum.

Tandem aliquando intravimus in Meſram, ubi vicos conſpeximus magnos, plateaſque, quæ hominibus denſiſſime conſtipatis olim repletæ eſſent, nunc eſſe vacuefactas: nihil ibi erat animati, præter viatores quoſdam in compitis. Qui autem tranſibant per ea, triſtitia afficiebantur gravi. Rebus autem ita ſe habentibus, vix ulla pars carebat cadaveribus aut oſſibus diſperſis; ita ut, cum exiremus in locum qui vocatur *Skorja Pharaonis*, videremus tractus omnes cadaveribus et oſſibus putridis pleniſſimos: adeo enim multa ea erant ſuper collibus, ut totos illos tegerent, et ipſis recipiendis terra vix ſufficeret. Præterea in *Skorja* hac (quæ magna eſt vallis) cum in eam ex alto deſpiceremus, crania vidimus et alba, et nigra, et fuſca; quorum alia aliis ſuperimpoſita in claſſes jacebant, quorumque copia et acervus reliqua oſſa occultabant, juxta ac ſi

fuiſſent

وتراكمها سايسر العظام حتي كانها رووس لم يكن
معها ابدان يشبهها من ينظرها ببطيخ قد قطع وجمع
حتي صار كالسبيدر ثم رايتها بعد ايام وقد عرقتها
الشمس وابيضت فشبهتها بسبيض النعام المتراكم

ولما رايت خلو تلك الحارات والاسواق من الناس
وامتلا تلك الصحاري والاكسام خيل الي انه سفر
ارتحل فاخلا مكانا وشغل اخر هذا مع انه اي جهة
نحاها القاصد صادف فيها ما حكينا واضعافه

ووجد في ذي الحجة بمصر امراة زبحت
صبيا لتاكله فاخذت وغرقت ومذ ارتفعت هذة
المحال وانقطع خبرها ومشاهدتها لم يوجد سوي هذه
المراة

ومن عجيب الكاينات في هذه المدة ان مولودا
في سنة سبع وتسعين ولد براسين وولد مولود اخر
ابيض الشعر ورايته وليس هو كبياض الشيب بل
يميل الي صهوبة ما

وولدت

fuiſſent capita ſine corporibus. Qui vidiſſet ea, aſſimilaret melonibus in partes conciſis, qui collecti velut aream repræſentant. Eadem ego, cum poſt aliquot dies viderem, poſtquam ſol ea carne denudaſſet, atque albeſcere jam cœpiſſent, ovis ſtruthiocamelorum coacervatis aſſimilavi. CAP. III.

Vicos iſtos, et plateas, cum hominibus cerneremus penitus carere, campos autem et colles catervatim mortuis repleri, viſus ſum ipſe mihi videre viatores, qui ſedem ſuam deſeruiſſent, atque alium ſibi ad habitandum occupaſſent locum. Utut illud eſt, quo ſe cunque quis verterit, ibi ea quæ narravimus, invenire debebit, imo duplo plura.

Inventa eſt menſe *Dhu'l Hojjæ* in Meſra mulier quædam, quæ jugulabat puerum, ut devoraret eum: at capta eſt, et in aquis demerſa. Ex quo autem facinus eſt hoc e medio ſublatum, nihil omnino iſtiuſmodi neque auditum fuit, vel viſum: neque mulier ulla, quæ in ſe id admiſiſſet, præter hanc inventa eſt alia.

Inter Naturæ Luſus, eſt cur hunc maxime miremur; infantem ſcilicet eodem temporis intervallo, anno nonageſimo ſeptimo, natum fuiſſe cum duobus capitibus; alium item infantem, quem quidem ego viderim, natum eſſe cum capillis albis; qui tamen adeo non referrent albedinem canitiei, ut quadantenus vergerent ad colorem qui rufus eſſet.

Porro

وولدت في هذه السنة بغلة ولدا ميتا وبقي في
دار الوالي اياما كثيرة وفي سنة ثمان وتسعين
وجدت سخلة ذات لبن كان يخرج من حلمتها كانه
خيط دقيق واحضرت بدار الوالي مرات واخر ما احضرت
وعمرها اربعة اشهر

واما خبر النيل في هذه السنة فنحن نسوقه
باختصار اما اولا فانه احترق في طوبه ثم تزايد احتراقه
حتي صار مخاضات للناس والدواب وظهرت الخضرة
فيه في جمدي الاخرة الكاين فى برمهات وتزايدت
جدا في رجب حتي ظهرت في لونه وطعمه وريحه
ثم تناقصت حتي ذهبت اصلا وانتهي احتراقه في
رمضان وانحسر عن المقياس نحو ثماني ماية ذراع
وطالع ابي الرداد باستقرار الما يوم الثلثا لخمس
بقين من بوونه واربع بقين من رمضان من سنة
ثمان وتسعين فكان القاع ذراعا ونصفا وكان في
السنة الخالية ذراعين وابتدا بالزيادة في السنة
الخالية مذ هذا اليوم فاما في هذه السنة فان زيادته
تاخرت الي الخامس والعشرين من ابيب لم يزد في
هذه المدة سوي اربع اصابع حتي سات ظنون الناس
وشملهم

CAP. III.

Porro hoc anno Mula genuit fœtum mortuum, qui manſit in ædibus præfecti dies multos. Denique anno nonageſimo octavo reperta eſt agna recens fœta lac habens, quod ex uberibus ejus effluxit, fili tenuis inſtar. Adducta eſt ſæpe ad domum præfecti: menſem poſt quartum quam nata eſt, ad præfectum adducebatur poſtremum.

NILI quod attinet ad hiſtoriam in hoc anno, breviter eam exponemus. Primum ille æſtu exaruit menſe Tubæ; deinde ita ejus increvit æſtus, ut vadoſus evaderet hominum in uſum æque ac jumentorum. Apparuit autem in eo viror menſe Jomadæ poſteriore, qui incidit in Barmohat; auctuſque eſt adeo menſe Rejebi, ut in colore ejus manifeſtaretur atque odore; poſtea decrevit donec omnino evaneſceret. Maxime exaruit menſe Ramadani, defecitque a Nilometro octingentis circiter cubitis. Obſervavit *Ibn Abi Al Redad*, cum aqua conſiſteret, feria tertia, die quinto poſteriore Baunæ, idque die quarto poſteriore Ramadani, anni nonageſimi octavi, Nili alveum fuiſſe unius Cubiti et dimidii; cum in anno præterito duorum eſſet cubitorum. Cœperat autem increſcere anno præterito, poſt diem ſupra memoratum. At hoc anno non cœpit creſcere ante diem viceſimum quintum menſis Abib; neque increvit hoc temporis ſpatio, niſi digitos quatuor: ita ut malum ominarentur homines, et animo

وشملهم اليأس وظنوا ان حادثا وقع بغوهستة وعند
مبدا جريته ثم اخذ في الزيادة حتي انسلخ ابيب
وهو علي ثلث اذرع ووقف يومين فاشتد هلع الناس
لخروجه في التوقف عن المعتاد ثم انه اندفع بقوة
قوية وزيادات متداركة وجبال من المياه متدافعة
فزاد ثماني اذرع في مدة عشرة ايام منها ثلث اذرع
متوالية وانتهي في رابع توت وهو الثاني عشر من
ذي الحجة الي ست عشرة ذراعا تنقص اصبعا واقام
يومين ثم اخذ ينحط متباطيا وينصرف رويدا

فهذا ما قصدت اقتصاصه من احوال هذه الكاينة
فليكن اخر المقالة ومنتهي الكتاب

والحمد لله رب العالمين وصلي الله علي سيد
المرسلين محمد النبي الامي وعلي اله الطيبين
الطاهرين

كتبه مولفه الفقير الي الله تعالي عبد اللطيف
بن يوسف بن محمد البغدادي في رمضان سنة
ستة بالقاهرة

تم

omnes caderent, exiſtimantes aliquid inſoliti mirique accidiſſe ad ejus fontem, et ad locum e quo fluere incepiſſet. Deinde increſcere cœpit, donec Abib finitus eſſet, et quidem tribus cubitis; conſtititque ibi duos dies. Tum vero conterriti ſunt homines, quod præter conſuetum modum conſtitiſſet. Tandem progrediebatur vi magna, undas volvens continuas, monteſque aquarum ſeſe invicem propellentes. Præterea, inter ſpatium decem dierum increvit cubitos octo; e quibus tres facti ſunt properanter, et impetus ſui intercapedine fere nulla. Pervenit autem quarto Toth, qui erat duodecimus Dhu'l Hojjæ, ad ſedecim Cubitos, minus digito uno, ſubſtititque dies duos. Poſtea cœpit decreſcere, receſſitque pedetentim.

Hoc eſt quod propoſui dicere de rebus hujus Fluminis. Hæc itaque et Tractatus coronis, et finis Libri eſto.

Deo, omnium quæ creata ſunt, domino, laus eſto: ſitque Deus propitius domino Apoſtolorum Mohammedi, Prophetæ idiotæ, itemque familiæ ejus ſacroſanctæ et puræ.

Scripſit auctor, miſericordia Dei indigens, Abdollatiphus Joſeph Ben Mohammed, Bagdadenſis, menſe Ramadani, anno ſexcenteſimo, Kahiræ.

FINIS.

NOTÆ

IN

ABDOLLATIPHUM.

PRIMO in limine harum Notarum, quas partim ipſe conſcripſi, partim aliunde quæſitas meis inſerui, nonnihil forte dicendum eſt de literatura qua inſtructus fuit Abdollatiphus. Illum ſummum fuiſſe Medicum et Philoſophum, necnon Hiſtoriæ peritiſſimum, pro iſtorum temporum modulo, abunde conſtat ex eo quod diximus ad Vitam ejus. His tantis ejus laudibus ſi una inſuper acceſſiſſet, Græcæ linguæ cognitio, non mediocre decus exinde libro ſuo attuliſſet. Sed res non ita tulit. Nam Græcum ſermonem non modo non penitus calluiſſe illum, ſed ne primis quidem labris attigiſſe, ſatis certis indiciis compertum habemus. Idque Lectori omnino monitum velim plu-

ribus de cauſis. Nam ſi forte veterum Graiorum, quorum teſtimoniis multum utitur Abdollatiphus, aliqua loca qualia in Græcis exemplaribus hodie exhibentur, non ex omni parte (ut interdum fit) cum verſione ſive noſtra, ſive minoris Pocockii congruant, id factum eſt, quia hæc omnia interpretati ſumus prout Arabice converſa apud ipſum Abdollatiphum invenimus. Sed fieri potuit ut Verſiones Arabice factæ, quibus totum ſe ille neceſſario dederit, vel a vera mente ſcriptorum longius aberrarent, vel Græca exemplaria diverſa ab hodiernis ſequerentur.

Porro, ſi mirum alicui videbitur, illum qui toties ad Ariſtotelem, Dioſcoridem, Galenum, et alios philoſophiæ reique medicæ ſcriptores provocaverit, ne ſemel quidem Herodotum vel Diodorum vel Strabonem laudaſſe, memoria tenendum eſt, quod Hiſtoricorum ſcripta non pariter in linguam Arabicam transfuſa ſint.

PAG. 5. l. 3. *initium ejus ſunt fontes a monte Lunæ provenientes*] Copioſius de originibus Nili exponit Geographus, qui vulgo Nubienſis dicitur, Climatis primi part. IV, qui et ipſe ad *Lunæ Montem* eas refert, ſed hunc ultra lineam æquinoctialem ſitum perhibet 16°. Longitudinem fluvii dat Climatis tertii part. iii.

Pag. 7. l. 3. *Non deſcendit in eam pluvia, niſi cujus nullam habent rationem*] i. e. quam parum curant, ut rem, quæ magni momenti haud ſit. Diu multumque diſputatum eſt ſuper hac quæſtione, an Ægyptus pluvia plane careat? aliis affirmantibus, negantibus aliis: ut videas apud Ol. Celſium in Hierobotanico, Part. ii. pag. 292. &c. Habemus autem hic teſtem gravem ac fide dignum, cujus ad rem conficiendam eo plus valet auctoritas, quo prudentius ipſe et circumſpectius judicat. Utitur itaque omnino pluvia Ægyptus, eaque pro diverſa ratione locorum, vel parciore vel largiore; neque tamen ea, etiam ubi largior ſit, tanta, quanta ſufficeret ad agros recipiendo ſemini aptos reddendos, ut qui, niſi pinguius ſolum accederet, Nili opera aliunde advectum, plane impares eſſent ferendis frugibus, quod ex arena toti conſtent.

P. 11. l. 20. *Al Mokattem*] Vide tabulam XII. parti primæ itinerarii Niebuhriani ſubjectam.

P. 15. l. 3. *Al Bamia*] Bamiæ delineationem videas apud Proſp. Alpinum Hiſt. Natur. Ægypti part. ii. ſeu de Plantis Ægypti, Cap. xxvii. Eſt Hibiſcus eſculentus *Linn.*

P. 15. l. 15. *Al Moluchia*] De Melochia agit Alpinus, Cap. xxviii. Eſt Corchorus olitorius.

P. 15. l. 16. *Al Chetmia*] Alcæa ficifolia *Linn.* Conferatur Forſkal, Flor. Ægypt. p. 338.

P. 17. l. 10. *Al Labcho*] Mimoſa Lebbek *Linn.* Forſk. Flor. Ægypt. lxxvii. et Flora Arab. cxxiii. Deſcript. p. 117.

Juvat exſcribere, quæ de hac arbore Phiruzabadius tradit, ab iis, quæ Noſter ex variis ſcriptoribus refert, haud abſimilia. Ita vero ille: اللبخة محركة شجرة عظيمة ثمرها كالتمر حلو لكنه كريه واذا نشر خشبه ارعف ناشره واذا ضم لوحان منه صارا لوحا واحدا والتحما وعن ابي باقل الحضرمي بلغني ان نبيا شكا الي الله تعالي الحفر فاوحي اليه ان كل اللبخ قيل

قيل كان سما بفارس فنقل الي مصر فزالت سميته.

P. 19. l. 2. *Dicit vero Ariſtoteles, aliique, Al Labcho eſſe in Perſia venenum lethale, in Ægyptum vero tranſlatam cibum fieri*] Βελένιον δὲ τὸ δηλητηριῶδες, τὸ γενόμενον ἐν τῇ Περσίδι, μεταφυτευόμενον ἐν Αἰγύπτῳ, ἢ ἐν Παλαισίνῃ, γίνεται βρώσιμον. Ariſtot. De Plantis, lib. i. cap. 7. Εἶδον καὶ τῦτο τὸ φυτὸν ἐν Ἀλεξανδρείᾳ, τῶν μεγάλων ὂν καὶ αὐτὸ δένδρων· ἱςορῦσι δὲ τὸν καρπὸν αὐτῦ μοχθηρὸν ὕτως ὑπάρχειν ἐν Πέρσαις, ὡς ἀναιρεῖν τὺς φαγόντας, εἰς Αἴγυπτον δὲ κομισθέντα, ἐδώδιμόν τε γενέσθαι, παραπλησίως ἐσθιόμενον ἀπίοις τε καὶ μήλοις, ὧν καὶ κατὰ τὸ μέγεθός ἐςι. Gal. de Alim. fac. Lib. ii. Cap. 36. Περὶ περσίου.

P. 19. l. 11. *Abu Haniphah Dinurienſis*] Dinor, vel juxta alias Dinevar, urbs Parthiæ magna, et ob multorum doctorum natales celebris; inter quos annumerandus eſt noſter Abu Hanipha. Vid. Golii Not. ad Alfergan, p. 223.

P. 21. l. 8. *Sycomorus*] Ficus Sycomorus *Linn.* De hac arbore, Hebræis שקמים et שקמות dicta, copioſe agit Olaus Celſius, Hierobot. part. ii. pag. 310. Iconem ejus refert Proſp. Alpinus, de Plantis Ægypti, cap. vi.

P. 23. l. 3. *dicit Galenus*, Sycomorus frigida &c.] Ἐν Ἀλεξανδρείᾳ τὸ τῆ συκομόρου φυτὸν εἶδον ἅμα τῷ καρπῷ, παραπλησίως συκῷ μικρῷ λευκῷ· δριμύτητα δὲ οὐδεμίαν ὁ καρπὸς ἔτος ἔχει, βραχείας μετέχων γλυκύτητος, ὑγρότερός πως, καὶ ψυκτικώτερος ὢν κατὰ τὴν δύναμιν, ὥσπερ τὰ μόρα· μᾶλλον δὲ ἐν τῷ μεταξὺ μόρων τε καὶ σύκων, αὐτὸν εἰκότως ἄν τις θείη· καί μοι δοκεῖ τοὔνομα ἐντεῦθεν αὐτῷ κεῖσθαι. Gal. de Aliment. Facult. lib. ii. cap. 35.

P. 23. l. 19.] *Flavæ autem dulciores ſunt*, minus recte dictum videtur. Nam منه reſpicit nomen التين. Potius ſic: *ficus ex hoc genere, quæ flavæ ſunt, ſunt dulces.*

P. 23. l. 22. *Balſamum*] Amyris Opobalſamum *Linn.* De *Balſamo* iterum videndus Alpinus, loc. cit. cap. xiv.

P. 23. l. 23. *prope Ain Shemſam*] Ain Shemſa eſt veterum Heliopolis. Ab ea paululum abeſt oppidulum *Materea* dictum. Vid. Gol. Not. ad Alfergan. p. 157. Prope hanc oſtendunt Copti Balſami Hortum, ubi creſcebant arbores unde Balſamum Galaaditicum conficiebatur. Apud eoſdem traditio eſt Cleopatram Antonii amicitia fretam, arbores eas Herode invito e Terra ſancta huc tranſtuliſſe. Vid. Pocock. Epiſc. Itin. vol. i. p. 24.

P. 25.

P. 25. l. 18. Anno quingenteſimo nonageſimo ſexto] A. D. 1199.

P. 27. l. 8. *Video autem Galenum dicere, optimum oleum Balſami* &c.] Ὥσπερ γὲ πάλιν ἐκ τῆς Παλαιςίνης Συρίας, ὀποβάλσαμον ἀκριβές· ἄσφαλος μὲν γὰρ ἐδὲ δολωθῆναι δύναται πανέργως, ὥσπερ ἐδὲ ὁ τοῦ ὀποβαλσάμου καρπὸς, ἢ τὸ ξυλοβάλσαμον. Galen. de Antidotis, lib. i. cap. ii.

P. 27. l. 22. *Razi*] De Al Razi vid. Abulpharag. Hiſt. Dyn. p. 191. Obiit A. H. 220. i. e. A. D. 932.

P. 29. l. 10. *Colocaſia*] De Colocaſia agit, ſed breviter, Proſp. Alpinus, cap. xxxiii. Eſt Arum Colocaſia *Linn.*

P. 31. l. 22. *ait Dioſcorides*, &c.] Ὁ δὲ Αἰγύπτιος κύαμος, ὃν ἔνιοι Ποντικὸν καλοῦσι πλεῖςος, μὲν γίνεται ἐν Αἰγύπτῳ, καὶ ἐν Ἀσίᾳ δὲ, καὶ ἐν Κιλικίᾳ ἐν ταῖς λίμναις εὑρίσκεται· ἔχει δὲ φύλλον μέγα ὡς πέτασον, καυλὸν δὲ πηχυαῖον, περὶ δάκτυλον τὸ πάχος· ἄνθος δὲ ῥοδόχρων, διπλάσιον μήκωνος· ὅπερ ἀπανθῆσαν φέρει φυσκία παραπλήσια θυλακίσκοις, ἐν οἷς κύαμος μικρὸς ὑπεραίρων τὸ πῶμα ὡς πομφόλυξ. Καλεῖται δὲ κιβώριον, ἢ κιβώτιον, διὰ τὸ τὴν φυτείαν τοῦ κυάμου γίνεσθαι, αὐτοῦ ἐντιθεμένου ἐν ἰκμοβώλῳ, ὕτω τε εἰς τὸ ὕδωρ ἀφιεμένου· ῥίζα δὲ ὕπεςι παχυτέρα καλάμου· βιβρωσκομένη ἐφθή τε καὶ

καὶ ὠμὴ, κολλοκασία καλεμένη. Dioſc. de Materia Medica, Lib. ii. cap. 128.

P. 33. l. 6. *quod vero ad viride illud quod in medio ejus eſt-ſi auri inſtilletur, dolores ejus lenit*] Πρὸς ὠταλγίαν δὲ ποιεῖ τὸ ἐν μέσῳ χλωρὸν αὐτῦ. Dioſc. ubi ſupra.

P. 35. l. 19. *Ali Ebn Redwan*] De Ebn Redwan quamplurima habet Abulpharag. Hiſt. Dynaſt. p. 234—236. Obiit anno Hej. 460. A. 1067.

P. 35. l. 24. *Mauza*] De Mauza iterum vid. Alpinus, cap. xxii. Conferri quoque meretur Leo Africanus, deſcript. Afric. cap. ix. p. 300. necnon Gabr. Sionita et Jo. Heſronita in tractatu de nonnullis orientalium urbibus &c. ad calcem Geographiæ Nubienſis Latine a ſe redditæ, p. 32. "Hæc nimirum, inquit CASIRI, Biblioth. Arabico-Hiſp. Tom. i. p. 331. illa eſt, ut vel ipſa loquitur deſcriptio, quam Hiſpani, cum in inſulis Fortunatis, tum utraque America, *Platano* vocitant. Hæc eadem pluribus, ſive Aſiæ, ſive Africæ locis naſcitur." Eſt Muſa Paradiſiaca *Linn.*

P. 41. l. 10. Poſt verba, *ad nigredinem*, addendum, *atque ad rubedinem*, ut reſpondeat Arabicæ voci والشقرة.

P. 45.

P. 45. l. 9. *Citreum magnum*] Citrus medica *Linn.*

Ibid. l. 13. *Limonium obſignatum*] Citri Aurantii *Linn.* varietas.

P. 47. l. 17. *Palmam*] Phœnix dactylifera *Linn.*

P. 49. l. 8. *Al Dhurra*] Holcus Durra *Forſkal.* Cent. vi. p. 174.

P. 49. l. ibid. *Al Dochn*] Holcus Dochna *Forſk.* Ibid.

P. 49. l. 11. *Opium*] Papaver ſomniferum *Linn.*

P. 49. l. 20. *Acacia*] Mimoſa Senegal *Linn.* Proſp. Alp. Hiſt. Nat. Ægypti, cap. iv.

P. 49. l. 21. *Al Karth*] De Arbore *Al Karth*, quæ in Ægypto nomine *Al Sant* venire ſolet, præter Proſp. Alpinum, cap. iv. conſulendus eſt Ol. Celſius, Hierobot. Part. i. p. 498.

P. 51. l. 10. *contra fluxus*] Qui regionibus calidioribus frequenter vehementes ſunt.

P. 53. l. 7. *Al Phacus*] Cucumis ſativus Fakûs *Forſk.* Cent. vi. p. 169.

P. 53. l. 11. *Al Kethed eſt ille Cucumis*, Chiar *dictus*] Cucumis ſativus Chiar *Forſk.* Ibid.

Ibid. l. 13. *Al Abdalii*] Cucumis Chate *Linn.*

Ibid. l. 14. *nomine derivato ab Abdalla*, &c.] Recte igitur originem compellationis aſſecutus eſt Ol. Celſius, Hierobot. P. i. pag. 368. qui " nomen, ait, traxiſſe videtur a viro " aliquo illuſtri عبد الله, dicto." At quod idem ex Abulfadlo refert nomen Melonis viridis الزيش, videtur ex Noſtro corrigendum eſſe in الزبش. Cæterum conferenda omnino ſunt, quæ Noſter habet, cum iis quæ Celſius loc. cit. copioſe tradit de Melonibus, Hebraice אבטיחים dictis, ſpecialius Ægyptiis. Iconem Melonis Abdellavi exhibet Proſp. Alpinus Tab. XLI. cap. XXXVIII. nec non imaginem cucumeris Al Ketha (ipſi Chate) Tab. XL.

P. 55. l. 20. *Rakenſis*] Quaſi Arrakenſis, a Racca Meſopotamiæ urbe celeberrima, Aſtronomis noſtris corrupte dicta Aracta. Ibi Obſervationes inſtituit tabulaſque ſuas condidit Albattanius, corrupte quoque dictus Albategnius. Vid. Gol. Notas ad Alfergan. pag. 252.

P. 55.

P. 55. l. 20. *Al Zebſh*] Cucumis Citrullus *Linn.*

P. 55. l. 22. *Al Dubba*] Cucurbita lagenaria *Linn.*

P. 56. l. penult. خيار شنبر *Caſſiæ fiſtularis*] Golius quidem, Col. 779. ſcribit: "خيار شبر Caſſia fiſtula, *ac ipſa* arbor: ex auctoritate Kamuſi." At Kamuſus voce خيار habet ſic: وخيار شنبر شجر كثير بالاسكندرية ومصر. Atque iterum voce شنبارة ſcribit وخيار شنبر في خ ي ر. Et ſic quoque Alpinus ſcribit, cap. ii. de Caſſia fiſtula, *Chaiarxambar* vocata; etenim Nun Geſmatum ante B pronuntiari ut Mem, ſatis notum eſt.

P. 57. *Al Phul*] Vicia Faba *Linn.*

P. 61. l. 3. *Pullorum excluſio*] Quæ de Pullorum excluſione artificiali tradit Noſter, ſunt tam diligenter ac copioſe expoſita, ut vix putaverim apud quenquam alium ea ſic reperiri. Brevius rem abſolvit Niebuhrius, in Narratione de ſuo itinere, vol. i. p. 126. qui opinionem, pullos gallinaceos in Ægypto, non numero ſed menſura vendi, haud debebat explodere tanquam fabulam ex peregrinantium errore ortam, cum et Proſp. Alpinus, ſpectator ipſe et teſtis idoneus, rei fidem faciat, Hiſt. Nat. Ægypti, P. i. L. iv. cap. i. p. 201.

P. 61. l. 16.] Verba: *et in latitudine ejus—cum pari latitudine* videntur non prorſus accurate dicta. Etenim ut p. 62. Verba (شباكا سعته شبر في شبر) recte vertuntur: *cancelli undiquaque ſpithamales*; ita et hic eſſe debebat: *in lata facie colloces portam, quæ undiquaque ſit duarum ſpithamarum et pugni.* Nam مثله في positum eſt pro في شبرين وعقد.

P. 67. l. 14. *quartam*] Scil. partem menſuræ.

P. 71. l. 1. *Amſhir et Barmohat, et Barmudat*] Menſium nomina ſunt, qualia in Ægypto dudum obtinent, detorta ex genuinis appellationibus, quibus prior ætas uti ſolebat; qua de re conſulendus Golius in Notis ad Alfergan. p. 43. Reſpondent ea nominibus شباط, اذار et نيسان, i. e. Februario, Martio, Aprili.

P. 71. l. 4. *perfectæ etiam ſunt temperaturæ*] Verba والزمان معتدل صالح للنشء والكون omiſſa in Verſione Latina Pocockii, ſunt ſic ſupplenda: *præterea hoc anni tempus juſtum eſt atque opportunum quo adoleſcere et vigere poſſint pulli.*

P. 75. l. 6. *Scincur*] Lacerta Skinkus *Linn.*

P. 75.

P. 75. l. 8. *Waral*] Lacerta Nilotica *Linn.*

P. 75. l. 9. *Hardhun*] Lacerta Stellio *Linn.*

P. 75. l. ult. *Dicit autem Dioſcorides*, eum in tractibus *Al Culzam* &c.] Σκίγκος ὁ μὲν τίς ἐϛιν Αἰγύπτιος, ὁ δὲ Ἰνδικὸς, ἄλλος ἐν τῇ Ἐρυθρᾷ γεννώμενος· ἕτερος δὲ ἐν τῇ Λιβύᾳ τῆς Μαυρουσιάδος εὑρίσκεται· ἔϛι δὲ κροκόδειλος χερσαῖος.—Dioſcor. de Materia Medica, Lib. ii. cap. 71.

P. 77. l. 23. *Hippopotamus*] Egregie cum hac Noſtri de Hippopotamo relatione ea conſentiunt, quæ de eodem tradit Proſp. Alpinus, Hiſt. Ægypt. Natur. P. i. Lib. iv. c. 12. ubi imago etiam beſtiæ exhibetur.

P. 87. l. 3.] In verſione Latina Pocockii, pro *qui* eam *intuetur*, legendum, *qui* eum *intuetur*; nam in يعانها ſuffixum omnino reſpicit ad رطوبة.

P. 89. l. 17. *auſpiciis Caracuſi*] "Adminiſtrante Salaho'd-"dino, atque ejus deputato Karakuſho Eunucho e primariis "Aſadi principibus, a cujus nutu omnes pendebant."—Abulphar. Hiſt. Dyn. p. 266.

P. 99. l. 14. *Sunt item in his lapidibus inſcriptiones Calami antiqui, ignoti*] Norunt eruditi longe aliam ſpeciem Pyramidum hodie exhiberi, quam qualem veteres deſcripſerunt. Illi nempe, quorum dux et princeps eſt Herodotus, uno ore prodiderunt, ingentem copiam marmoris, ex ultimis Arabiæ vel Æthiopiæ partibus advectam, iis ornandis fuiſſe adhibitam. Recentiores contra qui eas ipſi oculis luſtraverint, totam molem nativi ſaxi eſſe affirmant, et eadem plane ſpecie qua rupes ſubſtrata. Veterum tamen, opinor, ſalva eſt fides. Nam mihi quidem perſuaſiſſimum eſt, Pyramides denudatas fuiſſe, et marmore illo, quod in ſumma earum ſuperficie tanquam tegumentum erat poſitum, ab improbis hominibus exſpoliatas. Cujus rei teſtimonio ſint, verba luculentiſſima Abdollatiphi. Cum enim is vel in decimo tertio ſeculo Inſcriptiones multa millia voluminum adæquantes in Pyramidum lateribus invenerit, quarum Inſcriptionum reliquiæ tantum et rara quædam veſtigia noſtro quidem tempore ſuperſunt, profecto magna aliqua mutatio fuerit, neceſſe eſt, et inſignis injuria monumentis illis vi ac manu illata: neque abſurde aliquis conjectaverit, ſi marmoream ſuperficiem, elegantiſſime olim cohærentem, et corticis inſtar cæteras rudioris materiæ compages intra ſe includentem, ablatam fuiſſe cenſeat, et ædificiis ornandis deportatam: præſertim cum fruſtula non pauca pretioſiſſimi

tioſiſſimi iſtius lapidis temere circumjacentia adhuc ſpectanda ſe præbeant.*

Quod ſi hanc conjecturam ſequi placeat, tum vero Plinii locus optime intelligetur, qui neſcio an nullum ſenſum aliter habere poſſit. " [Pyramides] ſitæ ſunt in parte Africæ, monte " ſaxeo ſterilique, inter Memphim oppidum et quod appellari " diximus Delta, a Nilo minus quatuor millia paſſuum, a " Memphi vii; *vico appoſito quam vocant Buſirin, in quo ſunt* " *aſſueti ſcandere illas.*" Plin. Nat. Hiſt. edit. Harduin. tom. ii. p. 737. Res erat haud ſane memorabilis, ſi non perfectiſſima operis lævitudo, contra quam nunc eſt, lubricum et difficilem aſcenſum præbuerit.

Dum vero fidem et auctoritatem veteribus aſtruere conamur ex Arabis noſtri teſtimonio, fateor me nonnihil aliquando hæſiſſe eo quod inſcriptiones is Pyramidum in immenſum augeat, et illorum certe traditiones in hac re longe longeque exſuperet. Illi nempe notas referunt inciſas, quæ ſumptus

* Adeat lector Pocockium p. 42, 43. De Maillet, tom. i. p. 227. Quibus jungere libet Nobiliſſimi Ducis Galliæ de Chaulnes teſtimonium, qui, (ut literis olim me monuit vir humaniſſimus J. R. Forſter) cum in Ægypto eſſet, et Pyramides viſendi et attentius luſtrandi curam ſuſcepiſſet, viginti ferme abhinc annis, Hieroglyphicas aliquot inſcriptiones in iis ſe vidiſſe retulit.

operi

operi ſtruendo impenſos ſignificarent: at præterea nihil adjiciunt. (Vid. Herod. et Diodor.) Quid ſentiam de nodo hoc difficili, aperte exponam. Tanta ſcilicet Hieroglyphicorum characterum erat copia paſſim in Ægypto, ut ſine admiratione in oculos ſpectantium incurrerent, neque digni viſi fuerint qui in hiſtoriam referrentur. Ob eandem cauſam factum eſt, ut in deſcriptionibus Obeliſcorum, qui a ſolo ad ſummum cacumen cælati ſunt notis Hieroglyphicis, talium notarum memoria a plurimis veterum ſit neglecta.

P. 99. l. 21. *ſepulchrum fuiſſe Agadhimuni*] Hoc verbum mihi corrupte videtur ab Agathodæmone deduci. "Sabii "autumant Sethum Adami filium Agathodæmonem Ægyp-"tium eſſe, Hermetis præceptorem."—Abulpharag. Hiſt. Dynaſt. p. 7.

P. 101. l. 7. *Al Malec Al Aziz Othman Ben Joſeph*] Al Aziz regnum ſuſcepit An. Hej. 589. i. e. A. D. 1193. Abulpharag. Hiſt. Dynaſt. p. 276, 277. Vide Excerpta ex Abulfeda ad fin. Vitæ Saladini, p. 63.

P. 103. l. 17. *anno quingenteſimo nonageſimo tertio*] Ann. Hej. 593. erat circiter A. D. 1197.

P. 107.

P. 107. l. 8. *Symmetriam faciei* Abu'l Hawlæ] Hæc Imago celeberrima (vulgo dicta *Sphinx*) hodie faciem tam fœde truncam et mutilatam habet, ut nobis non liceat proportionem et concinnitatem ejus adſpicere. Ingenti quidem mole eſt valde ſpectabilis. Mihi autem ſæpe ſubit mirari tam nobile opus ab antiquis ſcriptoribus tacitum et prætermiſſum. Eorum nemo quod ſciam vel calamo id ſignavit, ſi unum Plinium excipias, qui in lib. xxxvi. c. 12. id mire verbis extollit: quem vide.

P. 113. l. 16. *fuit hoc nil niſi ludere ex more puellorum, et ineptire modo ejus qui minus diſtinguat bonum inter et malum*] Confer Jonæ Prophetæ cap. iii. qui totidem verbis inſcitiam puerilis ætatis deſignavit.

P. 113. l. 19. *Vidi etiam circa* Amud As Sawariam] Veniam mihi concedet, ut ſpero, candidus lector, ſi in præſentia de *'Amud Iſſawari* verbum facere ſuperſedeo; cum mihi in animo ſit, fuſius et enucleatius ea de re diſputare, in alio quidem opere, poſt paucos menſes proditurō.

P. 115. l. 14. *Beſſe*] Valet idem quod, Anglice, *two thirds*.

P. 117. l. 4. *Meſra antiqua—eſtque urbs hæc in Al Giza*

paulo ſupra Foſtatam, Memphis nempe illa, quam habitarunt Pharaones] De ſitu Memphis antiquæ diſceptatio vexatiſſima diu exercuit eruditos ; atque adhuc incertos tenet. Quam non ſit mearum virium, rei, adeo variantibus ſententiis, et veterum monumentotum obſcuritate perplexæ, omnem dubitationem eximere, et ſingula hujuſce argumenti ad liquidum perducere, ſatis ſcio : putaverim tamen verba Abdollatiphi recte perpenſa, nonnihil momenti habitura ad rem conſtituendam. " Eſtque urbs hæc (inquit) in Al-Giza paulo ſupra Foſta- " tam." Imprimis notandum eſt *Al-Gizam* non oppidi, ſed tractus vel regionis, eſſe nomen : quo unico in ſenſu a Noſtro uſurpatur ; cum oppidum illud recentiorem originem habuerit. " Paulo ſupra Foſtatam" : Nihil certius quam verbis illis dari ſitum Foſtatâ ſuperiorem, id eſt, Meridiei propiorem. Porro locum luculentiſſimum ex Macriſio temperare mihi non poſſum quin adducam, præſertim cum is ſcriptor diligentiſſimus certe et eruditiſſimus perpaucorum manibus tractatus, in Bibliothecarum tenebris ferme deliteſcat.

ذكر مدينة منف وملوكها ٭ هذه المدينة كانت في غربي النيل على مسافة اثني عشر ميلا من مدينة فسطاط مصر وهي اول مدينة عمرت بارض مصر بعد الطوفان وصارت دار المملكة بعد مدينة امسوس التي تقدم ذكرها.

De

De Urbe Memphi, et Regibus ejus. Sita fuit hæc Urbs in parte Nili occidentali, duodecim millibus paſſuum ab urbe Foſtat Meſr (*hodie*, Old Cairo). *Prima fuit quæ in terra Ægypti incolebatur poſt Diluvium, ſedeſque imperii evaſit poſt civitatem Amſus, de qua ſupra dictum eſt.* Macriſii Hiſt. Ægypti, Codex Bodl. Marſh. 149. p. 154.

P. 119. l. 7. *Hæc autem omnia fuſe, diſtincteque enarravimus in Libro Majori*] Hoc in loco Ægypti fata fortunaſque, compendioſe quidem, accurate tamen expoſuit Abdollatiphus. Maxime autem dolendum eſt periiſſe injuria temporis opus alterum ejuſdem Auctoris, idque multo majus et copioſius, quod Hiſtoriæ uberrimam, ut credibile eſt, materiem ſuppeditaſſet. Quoniam vero multa nuper iis in regionibus evenerunt, quæ mentes cogitationeſque hominum eo converterint, haud abs re fore mihi viſum eſt, ſi Hiſtoriam Ægypti ab antiquiſſimis uſque temporibus ad noſtram ætatem, verbis quam poſſum pauciſſimis, perſtringendo, Auctoris noſtri id quod deeſt, quodammodo ſupplerem.

ÆGYPTI REVOLUTIONES.

Menes vel Mitzraim Hami filius[a], in Ægyptum coloniam duxiſſe, ibique primus poſt Diluvium regnaſſe creditur. Ægypti autem tum prima occurrit mentio, quum Abramus iter eo tendebat[b]. Adeo rara tamen et obſcura ſunt literarum monumenta huc pertinentia, ut nihil vel de ejus ſtatu civili vel religione pro comperto habere liceat. Id quod veriſimile videtur, hoc eſt, tunc temporis non valde potentem fuiſſe, nec, uti poſtea uſu veniebat, Idololatriæ prorſus inſerviiſſe.

Circiter anno 1920. *ante æram Chriſtianam.*

Non multo poſt tempore, uti fert opinio, Ægyptus depopulata eſt a Paſtoribus; qui Horitæ fuiſſe putantur, monte Hor ab Eſau poſteris, qui ſedes eas obtinuerunt, expulſi[c].

Quicquid autem ſit de iſtis Paſtoribus eorumque imperio, eo me ducit conjectura ut credam, hoſtilem irruptionem eſſe factam a Syriæ partibus, priuſquam Joſephus ad gubernaculum rerum hujus regionis accedebat. Hoc forſan colligere licet ex eo quod ipſe dicit

Circ. an. 1715. *ante ær. Chriſt.*

[a] Gen. x. 6. [b] Ib. xii. 10. [c] Ib. xxxvi.

Gen.

Gen. xlii. 9. Quod ſi infeſtæ illæ copiæ ex Paſtoribus potiſſimum conflatæ fuerint, tum probabilis inde patebit ratio odii quod Ægyptiis erga id genus hominum acerbiſſimum fuit.[d] Præterea hoc temporis, ſive hujuſcemodi oppugnationis recenti memoria, ſive alia de cauſa, ab omni conſuetudine cum exteris adeo abhorrebant, uti ne quidem cum iis comedere tolerarent[e].

Circa idem tempus Curia in Ægypto miniſtris variis inſtructa[f] extitiſſe videtur, quæ quidem prima eſt in toto terrarum orbe, cujus occurrit mentio. Jam tum quoque mortuos condiendi[g] mos vigebat.

Quod ad Religionem Ægypti pertinet, quamvis conſentaneum ſit putare ritus aliquos ſuperſtitioſos jamdudum irrepſiſſe[h], evinci tamen non poteſt, hoc tempore Idololatriæ populum omnino deditum fuiſſe.

Ante exitum Iſraelitarum ex Ægypto, (quo potiſſimum anno incertum) videtur ea regio res novas experta fuiſſe, uti diſcimus ab Exod. i. 8. *Forſan circ. an.* 1491. *ante ær. Chriſt.*

[d] Gen. xlvi. 34. [e] Ib. xliii. 32. [f] Ib. xl. 1. [g] Ib. l. 2. [h] Ib. xliv. 5.

Sed

Sed utrum a vi hoſtium externorum, an a civilibus diſcordiis hoc factum fuerit, tam multis ſeculis elapſis, non eſt qui affirmaverit.

Hoc tamen affirmare licet, diſcrimen inter animalia munda ac immunda, cultumque divini numinis et animalium ſymbolicorum, imprimis Apidis, jam jam in Ægyptum eſſe inductum.

Poſt hoc non alia Ægypti in ſacris literis offertur mentio, donec ad Solomonis uſque tempora deventum ſit[i], quibus temporibus regnum opibus præpollens fuiſſe videtur. Quinetiam filio Solomonis Rehoboam quacunque de cauſa bellum intulit Shiſhak[k] rex Ægyptiacus; quod bellum primum Ægyptii finitimis intulerunt. *Circ. an. 971. ante ær. Chriſt.*

Apud Herodotum[l] ſeriem regum Ægyptiorum a Seſoſtre uſque ad Amaſim invenias: quos inter extat Sabacus quidam Æthiops. Ipſe tamen confitetur, Ægypti res Græcis omnino non innotuiſſe ante regnum Pſammetichi. Is autem regnabat annos 54: quo ſpatio, uti mihi videtur, comprehenditur bellorum civilium tempus quod proxime præceſſit, quodque idem ſcriptor appellat REGNUM DUODECIM REGUM.

[i] Lib. i. Regum, x. 28, 29. [k] Ib. xiv. 25. [l] Euterpe.

Filio

Filio ejus Necho, qui Josiam regem Judææ devicit, succes-
sit Psammis, qui annos regnabat sex: cui *Circ. an. 610. ante*
rursus successit Apries, vel potius Hophrah *ær. Christ.*
(id enim in Sacra Scriptura nomen proditur) quem Nebu-
chadnezzar Babylonis rex acie subegit, postcaquam annos 25
regnasset.

In ditionem regis Babylonii inde cessit *Circ. an. 570. ante*
Ægyptus; quo statu permansit donec ipsa *ær. Christ.*
Babylon a Medis capta fuit. Medis autem a Cyro Persisque
subactis, Ægyptum ut Medarum imperio subditam sibi vindi-
cabat Cyrus.

Persæ vero nihil pensi habuisse videntur, quo jus suum armis
assererent, ante Cambysem regem. Ille bellum Amasi intulit,
qui tunc temporis ibi regnavit. Mortuo Amase ante adventum
Cambysis in Ægyptum, summa belli reci- *Circ. an. 526. ante*
dit in filium ejus Psammenitum, qui victus *ær. Christ.*
a Cambyse et in Persiam deportatus est.

Artaxerxes iratus Ægyptiis, quod auxilium Lacedæmoniis
inimicis ejus tulissent[m], id facinus castigare paravit. Sed inter

[m] Justinus, lib. vi. c. 6.

belli

belli apparatum morte correptus eſt. Bellum igitur a filio ejus Dario, cui Ochus erat cognomen, gerebatur, qui, expulſo Nectanebo ultimo rege Ægypti, regnum in poteſtatem ſuam redegit. Hic Darius majori ſeveritate in Ægyptum uſus eſt, quam ulli qui eum anteceſſerunt; ideoque majore odio apud eos habitus eſt.

Fuit Ægyptus ſub imperio Perſarum uſque ad Darium regem, cognomine Codomannum. Is ab Alexandro Magno Arbelæ fuſus et fugatus eſt, et Perſarum imperio finis impoſitus, poſteaquam annos circiter 200 duraſſet. *Anno* 331. *ante ær. Chriſt.*

Jam quoque Ægyptus, utpote quæ ad Perſarum imperium pertinebat, ſubacta eſt ab Alexandro, qui condidit Alexandriam, quæ poſtea celebris evaſit propter Bibliothecam ejus Academiamque, et quia ſedes erat regum.

Mortuo Alexandro[n], et imperio, quod unus ipſe obtinuerat, in multas partes diſtracto, Ægyptus Ptolemæo Lagi cedebat, penes cujus poſteros annos fere 300 permanebat; donec Cleopatra ultima ejus *Anno* 323. *ante ær. Chriſt.*

[n] Juſtinus, lib. xiii. cap. 4.

progeniei

progeniei Actii devicta, in Provinciam Romanam redacta est. *Anno* 31. *ante ær. Christ.*

Regnantibus Arcadio et Honorio Romanum imperium divisum est; qua partitione Ægyptus Orientalibus imperatoribus contribuebatur. Octavo autem anno quam Heraclius regnum accepit, eam occupavit Cosroes rex Persarum[o]. *Anno Domini* 395. *A. D.* 618.

Non multo tamen tempore Persarum ditione tenebatur. Quippe Omar Ebn Chettab, qui ad Chalifatum evectus est anno Hej. 13. Amrui ductu auspiciisque ea potitus est anno Hej. 18.[p] *A. D.* 634. *A. D.* 639.

Anno Hej. 335. mense Ramadani, Al-Moezz-ledinilla sine ullo certamine Ægyptum suam fecit[q]. Penes hanc familiam (quæ Aliadarum sive Fatimitarum appellatur) permanebat Chalifatus usque ad Al-Aded-ledinillam, ultimum Chalipharum Ægypti[r], qui mortuus est anno Hej. 567. *A. D.* 946. *A. D.* 1171.

[o] Abulpharag. Hist. Dynast. p. 99.
[p] Ibid. p. 112.
[q] Ibid. p. 207.
[r] Ibid. 262.

Anno Hej. 559. (A. D. 1163.) Shawerus et Dargamus[s] pro munere Viziratus in Ægypto inter ſe contendebant; quorum prior in Syriam ad auxilium ab Nureddino-Ibn-Zenchi petendum fugiebat, quo voti compos fieret. Nuroddinus miſſo Aſadoddino Shiracuh, in Shawerum conferebat Viziratum; quo occiſo anno Hej. 564. (A. D. 1168.) Ægyptum ſibi vindicabat Aſadoddinus[t].

Mortuo Aſadoddino, Ægypti imperium a Nureddino conceſſum Saladino, qui, ut ejus vicarius, id tenebat. Nureddino autem morte abrepto anno Hej. 569. Saladinus Ægypto ſine æmulo potitus eſt[u], pecunia ejus nomine incuſa, et pro ſalute ejus ſupplicationes publice factæ. *A. D.* 1173.

Saladini poſteris permanebat imperium uſque ad regnum Al-Malec-Al-Saleh: quo mortuo, res ad interregnum rediit; et Ezzoddin Turcomannus res publicas aliquandiu adminiſtravit. Is tandem conſilio Shajro'ldorr, Turcicæ, quæ et defuncto regi concubina fuerat[x], et cui ſemper aurem præbebat, Al-Malec-

[s] Abulpharag. Hiſt. Dynaſt. p. 262. et Bohad. Vita Saladini, p. 30.
[t] Abulpharag. p. 263. et Bohad. ut ſupra, p. 34.
[u] Abulpharag. ut ſupra, p. 267.
[x] Ibid. 323.

Al-

Al-Moaddham loco patris ejus Al-Malec-Al-Saleh regem conſtituit. Eo autem non multo poſt tempore a ſubditis occiſo, rex ſalutatus eſt ipſe Ezzoddin [y]; itaque Ægyptus in Turcomannorum vel Mamlucorum manus venit.

Regnum iniit Ezzoddin die ultimo Rabiæ Secundæ [z] anno Hej. 648. Permanſit *A. D.* 1250.
hoc imperium uſque ad regnum Al-Malec-Al-Saleh-Hagi-Ibn-Al-Aſhraph; qui, poſtquam annum, menſes ſex, et dies quindecim regnaſſet, abdicare ſe coactus eſt. Is erat finis [a] imperio Mamlucorum Bahritarum Turcarum, cum annos 136, menſes 7, et dies 9 duraſſet; ſumpto initio numerandi a decimo menſis Saphar, anno Hej. 648. uſque
ad decimum octavum menſis Ramadani, an- *A. D.* 1382.
no Hej. 784.

Poſt abdicatum Al-Malec Al-Saleh, ortum eſt imperium alterum Mamlucorum Circaſſorum [b], ad ſummam rerum provecto Al-Malec-Al-Dhaher-Abu-Said-Barkuk-Ibn-Anſi-Al-Yilbogawi-Al-Othmanni.

[y] Abulpharag. Hiſt. Dynaſt. p. 325.
[z] Pocockii Supplementum ad Hiſt. Dyn. p. 8.
[a] Macriſius in Pocockii Supplemento, p. 18.
[b] Pocockii Supplem. p. 19.

Stetit hoc imperium uſque ad regnum Al-Malec-Al-Aſhraph-Tuman-Baï-Al-Jarcaſi-Al-Aſhraphi, qui per fraudem et proditionem principis cujuſdam Arabum, traditus eſt in manus Selimo Turcarum Sultano (tunc temporis Conſtantinopoli regnanti) quocum bellum gerebat, juſſuque ejus in crucem eſt ſublatus extra portam Zawilæ in ſuburbiis Kahiræ[c], decimo nono Rabiæ prioris ann. Hej. 923. quod tempus incidit in annum octavum Henrici noſtri octavi. *A. D.* 1517.

Hic terminus fuit Mamlucorum regni in Ægypto, cum annos circiter 275 duraſſet. Inde uſque ad annum qui nunc excurrit, permanſit Ægyptus Turcis qui Conſtantinopolin incolunt, ſubdita. *A. D.* 1800.

Ita Hiſtoriam Ægypti per ſeriem annorum 3720 perſequi licet: quod de alia regione in toto terrarum orbe dici non poteſt.

P. 117. l. 9. *Ea deſignatur illo loco Alcorani*] Verba deſumpta ſunt ex Sur. 28. Com. 15. Vide Edit. Maraccii.

[c] Al Jannabius in Pocockii Supplem. p. 30.

P. 117. l. 19. *quæ per annos quadraginta conditione hac rerum pertriſti eſt uſa*] Vide Ezech. xxix. 11. De Ægypto antiqua multa habent Prophetæ Eſaias, Jeremias, et Ezechiel, quæ ad contextendam ejus hiſtoriam quam optime conferrent.

P. 125. l. 5. *Quod ad Idola attinet*] *Idola* vocat Noſter omnes omnino ſive Statuas humanæ formæ, ſive animalium exſculptas Imagines.

P. 125. l. 9. *locus revera eſt admirationi*] Ægyptiacam ſculpturam laudibus extollit Noſter juſto fortaſſe cumulatioribus; quod tamen eum feciſſe neutiquam miror. Quum enim in patria ſua, qua vix licebat effigiem quamlibet exprimere, pauca Sculpturæ ſpecimina vidiſſet, exinde in animo magis promptus erat, qui ſtupore percelleretur inter opera Ægyptiorum conſpicienda. Artis enim opera ita magis minuſve æſtimantur, ita magis minuſve judicio noſtro vel guſtui placent, prout inter ſe comparantur.

P. 131. l. 19. *Dimidium enim hominis inferius, majus eſt quam dimidium ſuperius, ſcilicet truncus, quantitate definita; contra ac ſe res habet in cæteris animalibus*] Niſi me omnia fallunt, reſpexit Noſter inſignem Ariſtotelis locum, qui eſt in

Lib.

Lib. ii. Cap. i. de Hiſtoria Animalium.—πρὸς δὲ τέτοις ὁ μὲν ἄνθρωπος τελεωθεὶς, τὰ ἄνω ἔχει ἐλάτ∫ω τῶν κάτωθεν· τὰ δ' ἄλλα ζῶα, ὅσα ἔναιμα, τἐναντίον. Et mox: ὁ μὲν γὰρ ἄνθρωπος, μείζω τὰ ἄνω ἔχει νέος ὢν, ἢ τὰ κάτω· αὐξανόμενος δὲ, μεταβάλλει τἐναντίον. Edit. Du Val, Tom. i. p. 781.

P. 183. l. 14. *Et quidem Ariſtoteles in Tractatu undecimo* &c.] Ariſtotelis locum, quem ante oculos habuit Noſter, dudum a me quæſitum, reperi tandem in Libro primo Cap. 5. *De Partibus Anim.* indicio viri doctiſſimi SAMUELIS PARR. Adjiciam Ariſtotelis ipſiſſima verba:—λοιπὸν περὶ τῆς ζωϊκῆς φύσεως εἰπεῖν, μηδὲν παραλιπόντας εἰς δύναμιν, μήτε ἀτιμότερον, μήτε τιμιώτερον. Καὶ γὰρ ἐν τοῖς μὴ κεχαρισμένοις αὐτῶν πρὸς τὴν αἴσθησιν, κατὰ τὴν θεωρίαν ὅμως ἡ δημιουργήσασα φύσις ἀμηχάνως ἡδονὰς παρέχει τοῖς δυναμένοις τὰς αἰτίας γνωρίζειν, καὶ φύσει φιλοσόφοις. Καὶ γὰρ ἂν εἴη παράλογον καὶ ἄτοπον, εἰ τὰς μὲν εἰκόνας αὐτῶν θεωροῦντες χαίρομεν, ὅτι τὴν δημιουργήσασαν συνθεωροῦμεν, οἷον τὴν γραφικὴν, ἢ τὴν πλαστικήν· αὐτῶν δὲ τῶν φύσει συνεστώτων μὴ μᾶλλον ἀγαπῶμεν τὴν θεωρίαν, δυνάμενοί γε τὰς αἰτίας καθορᾶν. Διὸ δεῖ μὴ δυσχεραίνειν παιδικῶς τὴν περὶ τῶν ἀτιμοτέρων ζώων ἐπίσκεψιν· ἐν πᾶσι γὰρ τοῖς φυσικοῖς ἔνεστί τι θαυμαστόν. Καὶ καθάπερ Ἡράκλειτος λέγεται πρὸς τοὺς ξένους εἰπεῖν τοὺς βουλομένους αὐτῷ ἐντυχεῖν, οἳ ἐπειδὰν προσιόντες εἶδον αὐτὸν θερόμενον πρὸς τῷ ἵπνῳ, ἔστησαν· ἐκέλευσε γὰρ αὐτοὺς εἰσιέναι θαῤῥοῦντας· ΕΙΝΑΙ ΓΑΡ ΚΑΙ ΕΝΤΑΥ-

ΘΑ

ΘΑ ΘΕΟΥΣ. Οὕτω καὶ πρὸς τὴν ζήτησιν περὶ ἑκάστου τῶν ζώων προσιέναι δεῖ μὴ δυσωπούμενον, ὡς ἐν ἅπασιν ὄντος φυσικοῦ καὶ καλοῦ· τὸ γὰρ μὴ τυχόντως, ἀλλ' ἕνεκά τινος ἐν τοῖς τῆς φύσεως ἔργοις ἐστὶ, καὶ μάλιστα. Edit. Du Val, Tom. i. p. 975. Quæ pulcherrima ſunt, et ſummo Philoſopho digniſſima. Priuſquam vero pedem hinc promoveamus, velim Lector animum intendat quam opportune, quam ſagaciter, quam apte ad rem ſuam Arabs noſter hunc locum egregium citavit. Meliorem certe non potuit, ſi philoſophorum quot fuerint ſcripta ſexcenties evolviſſet: idque in magna laude ponendum ei eſſe cenſeo. Quin et eodem loco in parem ferme finem utitur STILLINGFLEETUS acutiſſimus, Originum S. lib. i. cap. i.

P. 137. l. 11. *Et Deus creavit vos* &c.] Hæc verba pro more ſcriptorum Arabum ex Alcorano deſumpta videntur, ſed cum auctoris additionibus.

P. 139. l. 14. *Propterea ait Alcoranus de ipſo Abrahamo* &c.] Locus videtur, Sur. 16. Com. 120.

P. 141. l. 1. *O Moſes*] Locus eſt Alcoran. Sur. 7. Com. 138.

P. 149. l. 17. *cum viro ut ſepeliretur inſtrumentum*] Simile aliquid

aliquid refert Thucydides de Caribus; qui more ſuo τὴν σκευὴν τῶν ὅπλων cum mortuis ſepelire ſolebant. Vid. de Bello Pelop. i. 8.

P. 149. l. 19. *malumque capere augurium* &c.] Veteribus perſuaſum fuit mortuos polluere et homines et res, quæ ad ſe pertinerent.

" Idem ter ſocios pura circumtulit unda,
" Spargens rore levi, et ramo felicis olivæ:
" Luſtravitque viros"——

VIRG. ÆNEID. vi. 229. Vide et notam Servii in loco.

Ipſa etiam domus credebatur pollutionem contrahere; qua de cauſa Ulyſſes, cum procos Penelopes interfeciſſet, nutricem ſic alloquitur —

Οἶσε θέειον, γρηῦ, κακῶν ἄκος, οἶσε δέ μοι πῦρ,
Ὄφρα θειώσω μέγαρον —

ODYSS. Lib. xxii. V. 481.

P. 155. l. 2. *Vitulum integrum, firmiter faſciatum*] Neceſſe eſt ut hic Vitulus ſit Apis quidam. Nam Apis (ut refert Herodotus) a Cambyſe ſauciatus in Templo jacens extabuit, et mortuum tumulavere ſacerdotes, inſcio Cambyſe. Diodorus Siculus—ὅταν τελευτήσας ταφῇ μεγαλοπρεπῶς, ζητοῦσιν οἱ περὶ ταῦτ' ὄντες Ἱερεῖς μόσχον ἔχοντα κατὰ τὸ σῶμα παράσημα τὰ παραπλήσια τῷ προϋπάρξαντι. Diod. Sic. edit. Weſſeling, Tom. i. p. 95.

P. 159.

P. 159. l. 13. *Pleræque arcæ eorum ferales ſunt ex ligno Sycomori, quod virtute pollet prædura, et quicquid ex eo exit, dilabitur in cineres*] Miro cum acumine diſſerit Ariſtoteles περὶ τῶν ὁμοιομερῶν καθ' ἕκαστον, οἷον σαρκὸς, ὀστοῦ, καὶ ἄλλων· καὶ ὅτι ἐκ τῶν στοιχείων σύγκειται—Locus eſt totus qui legatur digniſſimus; in medium ipſe proferam quod ad corpora humana in cineres jam abitura potiſſimum attinet.—Ὁμοίως δὲ καὶ τὰ ἐν τοῖς φυτοῖς, καὶ τὰ ἄψυχα, οἷον χαλκὸς, καὶ ἄργυρος· πάντα γὰρ δυνάμει τινί ἐστιν, ἢ τοῦ ποιεῖν, ἢ τοῦ πάσχειν, ὥσπερ καὶ σὰρξ καὶ νεῦρον· ἀλλ' οἱ λόγοι αὐτῶν οὐκ ἀκριβεῖς. Ὥστε ποτὲ ὑπάρχει, καὶ ποτὲ οὔ, οὐ ῥᾴδιον διιδεῖν, ἂν μὴ σφόδρα ἐξίτηλον ᾖ, καὶ τὰ σχήματα μόνα ᾖ λοιπὰ, οἷα καὶ τὰ τῶν παλαιωθέντων νεκρῶν σώματα, ἃ ἐξαίφνης τέφρα γίνεται ἐν ταῖς θήκαις. ARISTOT. edit. Du Val, Tom. i. p. 599, 600.

P. 161. l. 15. " *Qui diſcere deſiderat ſcientiam ſiderum, illi in Ægyptum eundum*] Confer Galeni Comment. in Hippocratem de Aere et Provinciis, p. 204. l. penult.

P. 241. l. 15. *adeo ut reperiantur alii, qui ſe 50 virgines, alii autem qui 70 ſtupraſſe affirment*] Conferenda ſunt omnino, quæ ſcripſerit Thucydides, Lib. ii. Cap. 4. poſtquam ſcil. Athenis peſte laboratum eſt, mores continuo in pejus ruiſſe, et effuſam peccandi licentiam jura omnia divina et

humana proſtraviſſe. Confer quoque Joſephum de Bellis Judaicis.

P. 259. l. 13. *morbus publice graſſans, et peſtis gravis, præcipue ſub tempus ſerendi. Factum eſt ab eo, ut unum ad aratrum multi agricolæ conciderent*] Miſeria hæc etiam Virgilianæ peſtis fœditatem exſuperat.

" Ecce autem duro fumans ſub vomere taurus
" Concidit, et mixtum ſpumis vomit ore cruorem,
" Extremoſque ciet gemitus. It triſtis arator
" Mœrentem abjungens fraterna morte juvencum,
" Atque opere in medio defixa reliquit aratra."

GEORG. iii. 515.

P. 273. l. 14. *Eſt quippe oculus dux fidelior quam auris*] Trita eſt ore vulgi hæc ſententia: liceat tamen in medium proferre duo loca, in quibus pulcherrime depingitur. Δυοῖν γὰρ ὄντων κατὰ φύσιν ὡσανεί τινων ὀργάνων ἡμῖν, οἷς πάντα πυνθανόμεθα καὶ πολυπραγμονοῦμεν, ἀκοῆς καὶ ὁράσεως· ἀληθινωτέρας δ' ἔσης ἐ μικρῷ τῆς ὁράσεως κατὰ τὸν Ἡράκλειτον, (ὀφθαλμοὶ γὰρ τῶν ὤτων ἀκριβέστεροι μάρτυρες) τούτων Τίμαιος τὴν ἰδίω μὲν, ἥττω δὲ τῶν ὁδῶν ὥρμησε πρὸς τὸ πολυπραγμονεῖν. POLYB. Hiſt. Lib. xii. edit. Caſaub. p. 668.

" NON laudandus eſt cui plus credit qui audit, quam qui videt.
" Non placet, cum illi plus laudant qui audiunt, quam qui vident.

" PLURIS

" PLURIS EST oculatus teſtis unus, quam auriti decem:
" Qui audiunt, audita dicunt: qui vident, plane ſciunt.

PLAUT. Trucul. Act. ii. Scen. 6.

P. 275. l. 10. *ei membro ineſſe os tantummodo unum*] In ſolo infante duo ſunt; et examinando multa oſſa, quæ conſervata inde a longo tempore eſſent, non obſervaverat ullum in infante; tum quod oſſa in prima infantium ætate exigua ſint, tum quod adeo ſint tenera, ut diu ſervata in pulveres dilabantur.

P. 277. l. 1. *Quod attinet ad os Coccygis, cum Oſſe Sacro*] Hæ auctoris noſtri obſervationes de Oſſe Sacro ſagacitatem ac diligentiam æque ac fidelitatem teſtantur. In diverſis corporibus, præſertim quorum diverſa ſit ætas, Os Sacrum, quod ad numerum oſſium ſpectat, admodum diverſum reperitur.

P. 277. l. 8. *De Oſſe autem Sacro* &c.] Tota hæc Sectio ſummum honorem et exiſtimationem Auctori noſtro conciliabit apud omnes rei Medicæ peritos: indicat etiam eum priorem eſſe VESALIO in iſto inveniendo quod præ omnibus per multa ſecula repertis erat maximi momenti, viz. membra corporis humani melius intelligi, dum oculis ſubjiciuntur, quam cum Galenus legitur; tutiuſque eſſe oculorum noſtrorum evidentiæ quam Galeni deſcriptionibus confidere. Deſcriptio

ejus *Mandibulæ inferioris* recte ſe habet. Galenus ſolummodo in brutis animantibus vel infantibus eam contemplatus erat. In ſimilem etiam errorem, et ob eandem cauſam, de *Oſſe Sacro* Galenus inciderat. Avicenna cæterique Arabes, de Anatomia nihil prorſus intelligebant, niſi quod ex interpretationibus Arabicis collegerant. Si Librum illum de Anatomia, quem conſcribere meditatus erat, revera compoſuiſſet Abdollatiphus, per hoc ſpecimen eum videmus opus ſuum multis ingenii artiſque luminibus fuiſſe illuſtraturum. At ex pravis de religione opinionibus, et indole ſeculi in quo vivebat, neceſſe ita cohibitus fuiſſet, ut fere nihil aliud obſervaſſet, aut novum excogitaſſet, niſi quod ad paucas humani corporis partes pertineret.

P. 283. l. 15. *Hæc itaque et Tractatus coronis, et finis Libri eſto*] Jam vero ad finem perduximus has qualeſcunque in Abdollatiphum annotationes. Is ſane ſcriptor eſt qui me rerum varietate et multifaria doctrina mirum in modum delectavit, et legentes, uti ſpero, delectaturus eſt. In uno autem et altero loco, ubi compreſſione rerum, ultra quam par eſſet, brevis eſſe vellet denſuſque, factus eſt ob eam ipſam cauſam obſcurus et duriuſculus. Huc accedit, quod in deſcriptionibus ad Anatomiam, et rem Coquinariam, et alia id genus pertinentibus, ſententiæ interdum occurrunt ſalebroſæ ſpinoſæque,

que, e quibus facile ſe expedire non quivis potuerit, qui meminerit linguas et conſuetudines Europæorum ab Orientalibus immane quantum abhorrere. Quæ cum ita ſint, in aliis fateor me locis ſenſim et pedetentim, quid Abdollatiphus ſenſerit, fuiſſe aſſecutum: in aliis autem, cum labor quem ipſe impenderem irritus ceſſiſſet, cumque amici, quos adiiſſem, mentis ſuæ aciem ſentirent hebeſcere, prudens volenſque ea ſicco pede præterii. Æquus igitur candiduſque lector, vitio mihi, oro, minime vertat, ſi, ad lubrica quædam et ſcopuloſa cum impingerem, hæſerim aliquando viæ incertus, aut errabundus interdum de ea nec-opinato deflexerim. Equidem animum ita ſemper induxi, ut, neſcire me quæ ediſcere nequiverim, fateri mallem, quam pravo cedere pudori, gloriolamque aucupari inanem.

APPENDIX.

APPENDIX

APPENDIX.

IN Bibliotheca Pocockiana quæ integra ad hunc uſque diem aſſervatur, latent ſchediaſmata quædam minoris, ut videtur, Pocockii, ad Auctorem noſtrum pertinentia: quæ viſendi evolvendique copia olim mihi facta eſt. In his inveni verſionem quandam totius hujus operis: ſed in multis locis oratio rudis et incompta, in aliis litura ſcatens, et ſcriptio verbis interlinearibus maculata potius quam emendata, primi rudimenti ſpeciem omnino ferebat.

Ex tota hac farragine (nam omnia, quæcunque demum fuerint, ipſe verbum pro verbo diligentiſſime exſcripſi) id quod paulo melioris eſt notæ hic ſubjiciendum putavi, nempe verſionem Capitis quarti; non vero Capitis totius, ſed ab illa parte incipientem, qua deficit Viri ejuſdem doctiſſimi verſio edita.* Hoc autem feci, non ad inique damnandum opus imperfectum eruditi auctoris, ſed ad docendum exemplo quam difficile ſit Scriptorem hunc recte interpretari. Eandem propter cauſam commemoranda eſt mihi etiam Verſio Germanica Halæ Saxonum edita a Viro erudito GUNTHERO WAHL, anno 1790, ſtatim poſt Editionem meam, forma minori, publici juris factam. Is vir, quem honoris

* Vide hanc noſtram Editionem, p. 99.

 cauſa

cauſa nomino, ſæpiſſime tum a me, tum ab ipſo Pocockio in diverſiſſima tendit: quod Lector candidus, uti ſpero, non tam negligentiæ noſtrum cujuſvis, vel imperitiæ vertet, quam ſummæ in ipſo Abdollatipho orationis obſcuritati.

Hæc omnia quo Lector facillimo negotio ipſe videat, particulam verſionis Germanicæ (quod fiat cum pace doctiſſimi auctoris) Pocockianæ juxta apponendam cenſui: quo pacto penes quemvis erit uti judicio ſuo, et id quod optimum viſum fuerit, ex multis ſibi eligere.

CAPITIS QUARTI PARS.

E ſchedis Pocockii *minoris, nondum editis.*

P. 99.] LEGI autem in Libro quodam Sabæorum antiquorum, fuiſſe unam e duabus his Pyramidibus ſepulchrum Agadhimuni, et alteram ſepulchrum Hermetis: aſſeruntque hos prophetas magnos fuiſſe, Agadhimunum autem priorem et majorem; [p. 101.] et ad eas religionis ergo peregrinari homines, et confluere ad eas ex omnibus terræ partibus. Fuſius autem de hac re tractavimus in libro magno, et qui totam hiſtoriam velit, eum adeat, hic enim liber ad illud quod ſpectavimus reſtringitur.

Fuit autem Rex potens Othman filius Joſephi, qui cum patri ſuo ſuccederet, poſtulabant ab eo fatui ejus aulici ut has pyramides diruеret; et incepit a minori rubra, (eſtque hæc tripodis pes tertius,) et eduxit adverſus eam ſervos, et foſſores, et lapicidas, et cœtum magnatum regni et principum imperii ſui, iiſque præcepit ut eam diruerent, et excidium ejus iis commiſit. Illi vero juxta eam tentoria poſuerunt, et adverſus eam viros et artifices coegerunt, iiſque impenſas ſuppeditarunt. Et illic

Ex Verſione G. Wahl, Halæ edita.

MAN lieſt ferner in einigen alten zabiſchen Buechern, die eine der beiden Piramiden ſei das Grabmal des Aghadimon und die andere das Grabmal des Hermes. Man glaubt, daſs dieſe beiden Maenner zween groſſe Propheten geweſen ſind. Aghadimon ſoll aber fruеher gelebt und ein groeſſerer Prophet geweſen ſein als der leztere. Sie wallfahrten aus allen Provinzen des landes haeufig nach den beiden Graebern. In unſerm groeſſern Werke haben wir Mehreres von dieſer Materie zuſammengetragen, wohin wir diejenigen, welche ihre Wiſsbegierde einigermaſſen befriedigen wollen, verweiſen; indem der eingeſchraenkte Plan und Raum des gegenwaertigen Auſzugs dergleichen umſtaendlichere Nachrichten nicht zulaſſen will —

Nachdem der glorreiche Herrſcher Oſman Bin Juſſuf nach dem Tode ſeines vaters den Thron beſtiegen hatte, gaben ihm mehrere Thoren unter ſeinen Raethen den Anſchlag, daſs er doch dieſe Piramiden zerſtoeren laſſen moechte. Er gab ihren anhaltenden Zuredungen wirklich Gehoer, und man fing das ſchadenfrohe Unternehmen bei der keinen roethlichen Piramide an, welches die dritte Spizſaeule (unter den drei vornehmſten) iſt. Er forderte die Halebener, Tribunen, Juweliеrer und die ganze Kleriſei der Groſſen des Reichs und Emirs auf, welchen inſgeſammt er den Befehl gab, die beſagte Piramide zu Grunde zu richten, und ſolchergeſtalt den

prope octo menſes ſubſtiterunt cum equis ſuis viriſque, et quotidie multo labore et ſummo niſu lapidem unum alterumve diruebant: et quidam deſuper [p. 103.] vectibus et cuneis eum depellebant, et quidam inferne funibus rudentibuſque trahebant; cum vero deciderat, ſonitus magnus a longinquo exaudiebatur, ita ut tremerent montes et commoveretur terra; ille autem in arenam demerſus eſt, et in moleſtiam aliam conjecti ſunt viri ut eum inde eruerent. Tum, poſtquam loca illis perforaſſent, cuneos in eum adegerunt, eoſque illi infixerunt; ita in partes ſecatus eſt, et pars quælibet vehiculo portatur, donec ad radicem montis pertingat, qui non longe aberat. At cum diutius illic commorati eſſent, et abſumpti fuiſſent commeatus, et geminaretur labor, et deficeret eorum robur, et languerent vires, deſtitere laſſi et pudore ſuffuſi, nec voti compotes, nec finem ſuum aſſecuti; hoc ſolum aſſecuti ut Pyramidem deformarent et debilitatem impotentiamque ſuam indicarent.

foermlichen Auftrag zu ihrer Verwueſtung ertheilte.—Mit dieſem Auftrag gingen ſie ab, ſchlugen ihre Zelte bei der beſagten Piramide auf, und brachten eine Menge Arbeitſleute, Werkmeiſter und Kuenſtler zuſammen, welche ſie mit ſchwehren Koſten zu dem abgezwekten Behuf unterhielten. Sie blieben mit ihren Pferden und Volke bei acht Monathe auf dieſer Stelle. Alle Tage arbeiteten ſie mit aeuſſerſter Anſtrengung und anhaltendem Fleiſs in Aufhebung der Steine an der Verwueſtung des Gebaeudes. Ein Theil der Arbeitenden trieben oben die Steine mit Keilen und Hebeln aus dem Mauerwerk heraus, ein andrer lieſs dieſelben unten an dikken Seilen und Straengen in die Tiefe herab. Man hoerte das Krachen, mit welchem dieſe Felſenſtuekke herabſtuerzten, weit und breit; indem ſie mit einem ſo ſchwehren Gewicht darnieder fielen, daſs die Berge ſchuetterten, die Erde broehnte und die Steine ſelbſt tief in den unten liegenden Sand verſunken. Hier war man wieder mit einer andern Arbeit beſchaeftigt. Erſt ſtrengte man ſich an, die verſunkenen Steine aus dem Sande wieder herauf zu waelzen; dann trieb man, nachdem ſie vorher durchbrochen waren, die Keile in dieſelben und ſprengte ſie vermittelſt dieſer Operation in Stuekken. Dieſe Stuekke lud man ſodann auf Wagen und fuhr ſie nach einem nicht weit abgelegnen Ort am Ende des Berges. Endlich, als der Aufenthalt bei dieſer ſchweiſzpreſſenden Arbeit lange genug gedauert hatte, der Fond zur Beſtreitung des noethigen Aufwands geleert war, die Arbeit hingegen ſich verdoppelte, man immer mehr Muth verlohr und ſich entkraeftet fuehlte; ſo

ſahe man ſich zulezt genoethigt nervenſchwach, feig und beſchaemt von dem Unternehmen abzuſtehen, ohne ſeinen Zwek zu erhalten, und ſeine Sache vollfuehrt zu haben. Das Ende vom Liede war, daſs ſie die ſchoene Piramide ſo ſchimpflich verunſtaltet hatten, und mit geſchwaechten markloſen Koerper nun wieder von dannen zogen.

Hoc autem factum eſt anno 593to. Veruntamen qui reſpexerit lapides ruinæ dirutos, crederet Pyramidem funditus ſubverſam, qui vero in Pyramidem oculos conjecerit, crederet nihil inde ablatum; niſi quod parum quid lateri abraſum eſſet. Cum vero cernerem quantum illi moleſtiæ in lapide quovis amoliendo reperirent, rogabam lapidariorum præcipuum, inquiens, ſi darentur vobis mille aurei ea lege ut unum lapidem in locum ſuum et concinnitatem reponeretis, [p. 105.] num poſſetis hoc? et juravit per Deum altiſſimum ſe rei huic impares eſſe, ne ſi duplum daretur.

Es war des fuenf hundert und drei und neunzigſte Jahr, in welchem dieſe Begebenheit vorfiel. Wer die Rudera der Zerſtoerung, den groſſen Steinhaufen, der davon aufgeworfen iſt, betrachtet, der ſollte glauben, die Piramide ſei mit Stumpf und Stiel zerſtoert: allein wenn man hernach die Piramide ſelbſt in Augenſchein nimmt, wird man zu ſeiner Verwunderung ganz das Gegentheil gewahr, und glaubt das Gebaeude noch vollkommen und unverſehrt zu erblikken. Denn es iſt nur eine Seite, und dieſe nur zu einem Theil entbloesſt worden. Da ich ſelbſt Augenzeuge von der unſaeglichen Muehe und Arbeit war, welche die Leute mit der Zertruemmerung aller der Steine hatten, ſo frug ich den Aufſeher: "lieber Freund! "wenn man euch tauſend Dinare boete, daſs "ihr jeden Stein wieder in ſeine Stelle und "Fuge braechtet, ſolltet ihr das woll ver-"moegend ſein?" — Aber ich ſchwoere bei Gott dem Allmaechtigen, daſs die Leute dieſes unterlaſſen mueſsten, wenn man ihnen auch noch einmal ſo viel geben wolte.

Et e regione Pyramidum a parte Orientali ſunt cavernæ numero multæ, quantitate magnæ, altæ profunditatis, ita ut eas eques

Den Piramiden gegen Morgen gegenueber ſtehen eine groſſe Anzahl andrer, welche ebenfals groſs und umfaenglich und mit tiefen ſich in einander windenden unterirdiſchen Hoelen

haſta erecta ingredi poſſit, ſi vero eas per totum diem obierit, ad omnes non perveniet ob earum multitudinem, amplitudinem, et diſtantiam. Et cernitur ex forma earum fuiſſe eas lapidicinas Pyramidum; quod vero ad lapicidinam unde Marmor rubrum effoditur, dicitur eam Clyſmæ eſſe et Aſwanæ.

und Gaengen verſehen ſind. Drei davon haben Stokwerke. Man pflegt dieſe Piramiden mit dem Namen einer Stadt zu belegen, weil vielleicht ein Reuter mit ſeiner Lanze bequem in ſie hineinreiten kann. Heutzutage werden ſie alle uebergangen und wegen ihrer Menge, ihres Umfangs, und ihrer Entfernung unbeſucht gelaſſen. Es laesſt ſich aus ihrer Lage und Beſchaffenheit beurtheilen, daſs die Erbauer die Steine zu den Piramidenbau in der Gegend dieſer Piramiden vorgefunden haben. Jedoch haben ſie, wie man glaubt, den roethlichen Baſaltes (und Granit) am rothen Meere und bei Aſſuwan gebrochen.

Sunt etiam juxta has Pyramides reliquiæ ſtructurarum ingentium, et ſpeluncæ multæ limoſæ; et vix videas hujuſmodi quicquam, quin videas etiam in eo inſcriptiones hoc calamo ignoto *factas*. Et juxta has Pyramides paullo ultra ſagittæ jactum, eſt ſpecies capitis et cervicis e terra prodeuntis ſummæ magnitudinis, et appellant eam homines *Abaalhauli*, [p. 107.] aſſeruntque corpus ipſius ſub terra reconditum, et poſtulat ſymmetria ut corpus ejus capiti huic proportionatum ſit ſeptuaginta cubita et amplius: eſt autem in facie ejus rubedo, et tinctura rubra in qua recens ſplendor micat. Eſt vero forma elegans, et grata ipſi eſt ſtrictura venuſtatis et pulchritudinis, quaſi leviter ſubrideret. Et cum rogavit me illuſtris quidam

Bei den Piramiden findet man Ruinen groſſer Pallaeſte, die vor Zeiten da geſtanden haben mueſſen und viele Ueberbleibſel von andern alten veſten Werken. Aber man findet auſſer zerſtreuten daran befindlichen Inſchriften in mehrerwaehnten unbekannten Charakteren, faſt gar nichts Merkwuerdiges weiter daran zu betrachten. Ferner iſt bei dieſen Piramiden, nicht viel weiter als einen Bogenſchuſs davon, ein ſteinern Bild zu ſehen, das blos mit Kopf und Hals aus dem Felſen hervorſteht, und ſehr groſs iſt. Die Leute nennen das Bild Abu 'lhaeul und glauben daſs deu uebrigen Koerper deſſelben die Erde verberge. Man will berechnen, daſs das Maas dieſes verborgenen Koerpers nach Proportion des Bruchſtueks, das ueber der Erde ſteht, ueber ſiebzig Ellen betragen mueſſe. Das Bild ſieht ſchoen glaenzend roth aus, iſt mit einem rothen Firniſs ueberzogen, und hat ein ungemein friſches Lueſtre; mit einem Wort, es iſt ein Bild, das viel Reiz und Annehmlichkeit in

quid maxime mirandum ſpectaveram, retuli, proportiones vultus *Abil hauli.* Siquidem ſingulæ faciei partes, veluti naſus, oculus, et auris, ſibi invicem proportionata ſunt, non aliter quam natura formam proportionatam facit. Siquidem naſus infantis, ex. gr. ad ipſum proportionem habet, et hic ipſi optime congruit, ita ut ſi naſus iſte viro apponeretur, ipſum deformem redderet; et ſimiliter ſi viri naſus puero apponatur, hoc ſpeciem ejus deformem reddet: pari modo ſe habent cætera membra; ſiquidem oportet ut omne membrum quantitatem ſuam et figuram habeat juxta normam, cum reſpectu ad ſpeciem quandam et proportionem ejus; ſi enim non reperiantur proportionata, deformis erit ſpecies. Mirandum vero eſt in ſculptore ejus, quomodo proportionis rationem in membris ſervare poſſet cum hac magnitudine, cum non eſſet in operibus Naturæ quod imitaretur et exprimeret.

ſich vereinigt und jedermann gefallen muſs. Es ſcheint zu laecheln und einem freundlich zuzuwinken.—Wenn mich daher verſchiedne Gelehrte frugen: was von allen dem, ſo ich geſehen habe, das Wunderbarſte geweſen ſei? ſo habe ich immer zur Antwort gegeben: Abu 'haeul's Geſicht. Denn die ſaemtlichen Beſtandtheile ſeines Geſichts, als Naſe, Augen, Ohren, hat der Kuenſtler nach dem ſchoenſten Ebenmaas gebildet, und gegen einander in Verhaeltniſs geſezt. So ebenmaeſſig and richtig nur immer die Natur ſelbſt bilden kann, ſo ebenmaeſſig und richtig iſt gewiſs auch die Naſe des Knaben, die man eine wirkliche Schoenheit nennen kann, gebildet: ſo daſs wenn ein Menſch dieſe Naſe haette, derſelbe ſehr verunſtaltet ausſehen, die Naſe eines Menſchen aber im Gegentheil wiederum das Bild des Knaben ganz verfuſchen wuerde. —Wie ſichs mit der Naſe verhaelt, ſo verhaelt ſichs gleichermaſſen mit allen uebrigen Theilen der Figur. Ganz natuerlich mueſſen alle einzelnen Theile dieſes Bildes im genauen Verhaeltniſs der Groeſſe und Staerke mit einander ſtehen, und mueſſen nach Proportion des Ganzen auſſchweifendes Maas haben. Denn wenn das Ebenmaas wegfiele, ſo wuerde das Bild das Auge beleidigen und Abſcheu erwekken. Am meiſten bleibt es daher zu verwundern, wie der Kuenſtler bei der erſtaunlichen Groeſſe des Stueks in keinem Fall wider das Gleichmaas und Gegenverhaeltniſs der Theile anzuſtoſſen ſich verhueten konnte. Uebrigens iſt (das Bild ein bloſes Geſchoepf der Einbildungſkraft und) unter den Werken der Natur keins, das man als Original dazu betrachten koennte. —

APPENDIX.

Et ex his ſunt lapides in *Ain Shems*; eſt autem hæc civitas parva quam viſunt homines, cujus murus qui ipſam ambiebat diruitur: patet vero ex reliquiis [p. 109.] ejus illud templum fuiſſe, ſuntque in eo Idola terribilia, forma magna, ex lapide polito: erat enim longitudo Idoli ultra 30 cubita, erantque membra ejus eadem magnitudinis proportione. At ex his Idolis quædam baſibus imponebantur, quædam vero ſedebant, miris geſtibus, cum accurata ſtabilitate. Porta etiam hujus Urbis hodie reperitur, et in pleriſque horum lapidum erant hominum effigies et aliorum animalium, et multæ Inſcriptiones calami ignoti: et vix reperies lapidem vacuum aut ab inſcriptione, aut pictura, aut effigie. Et in hac urbe ſunt duæ Acus celebres, Acus Pharaonis dictæ; et deſcriptio Acus hujuſmodi eſt. Baſis quadrata eſt, decem cubitorum longitudine, cum pari latitudine, et circiter eadem altitudine; hæc autem fundamento imponitur in terram defixo: tum ſupra illam erigitur ſcapus quadratus, pyramidalis, ultra centum cubita longus, a baſi incipiendo; diameter ejus eſt 5 cubita, et deſinit in punctum; veſtitur etiam apex ejus operculo æneo, ad circiter tria cubita, quod infundibulum refert: hoc vero a pluvia et temporis ſpatio æruginem con-

Wir kommen nun zu den Denkmaelern, welche ſich zu Ain ſchemes *befinden. Ain ſchemes iſt eine kleine Stadt, an welcher man noch die Ruinen von der alten Mauer erblikt, welche dieſen vor Alters ſo beruehmten Ort umzingelte. Man ſieht aus der ganzen Anlage, daſs dieſe Stadt vor Zeiten der Standort eines beruehmten Tempels war. Es werden noch jezt mehrere Goezzenbilder daſelbſt geſehen, welche wegen ihrer ungeheuren Groeſſe bewundernſwuerdig ſind. Dieſe Goezzenbilder ſind nur aus gemeinen Steinen gehauen, und die Laenge eines einzelnen betraegt gemeinhin auf* 30 *Ellen. Nach Proportion dieſes Laengenmaaſſes iſt auch die Groeſſe und das Verhaeltniſs der einzelnen Theile oder Glieder beſtimmt.—Einige dieſer Goezzenbilder ruhen auf Poſtumenten, die unmittelbar auf dem Boden aufliegen. Andre hingegen ſtehen auf groſſen Saeulen oder Pfeilern und ſtarken Sauelenſtuehlen. An der Stadt kann man auch noch heutzutage das alte Thor betrachten. Auf dem groesſten Theil der Steine, (welche an dieſen Ruinen befindlich ſind, oder dabei verſchuettet liegen) finden ſich Geſtalten von Menſchen und von Thieren eingehauen, nicht weniger auch viel unbekannte Schriften eingegraben. Denn es duerfte da wol kein einziger Stein geſehen werden, der nicht um und um mit allerhand Figuren und Bildern und fremden Charakteren oder Schriftzuegen bezeichnet und beſchrieben ſei. Ferner hat dieſe Stadt zween weltberuehmte Obeliſken aus dem Alterthum erhalten. Sie fuehren den Namen der Faraons-Obeliſken. Die Geſtalt eines Obeliſken iſt kuerzlich zu beſchreiben dieſe. Ein viereckigtes Poſtument, das zehn Ellen lang, eben*

traxit, et viride evaſit, et fluxit viror ejus per ſuperficiem columnæ: ſunt etiam per totam Acum inſcriptiones hujus calami. Vidi autem unam acuum iſtarum decidiſſe, et media ſui parte fiſſam præ ponderis magnitudine; ablatum eſt etiam æs de vertice ejus. [p. 111.] Erant vero circa eam acus plurimæ, ut earum numerus iniri non poſſit, et quantitas earum eſt a dimidio ad tertiam partem harum majorum; et vix reperies ex parvis his acubus quampiam, quæ una pars eſſet, verum pars quædam ab alia gypſo diſtincta eſt: et dirutæ erant earum plurimæ, verum baſes ſupererant.

ſo viel breit und tief iſt, ruhet unten auf einer Baſis in dem veſten Boden. Auf dieſem Poſtumente ſteigt eine ebenfalls vierekkigte kegelfoermige Saeule in die Hoehe, ſo, von dem Poſtumente an gerechnet, bis oben hinauf ueber hundert Ellen miſſt, fuenf Ellen im Umfange haelt, und ſpizzig auflaeuft. Ihre Spizze oben iſt ohngefaehr drei Ellen weit herab mit einer ehernen Haube von dem Anſehn eines Trichters bekleidet, ſo durch die laenge der Zeit, weil ſie dem Regen aufgeſezt war, ganz gruen geroſtet iſt; ſo daſs der Gruenſpan hernach weiter aufgefloſſen ueber die ganze der Flaeche der Saeule herab um ſich gegriffen hat. Auf allen ſolchen Obeliſken wird die unbekannte Schrift gefunden, deren ich bereits mehrmals gedacht habe. Ich habe den Einen der beiden Obeliſken naeher zu betrachten Gelegenheit gehabt. Er war unter der laſt ſeiner Schwere bereits in der Mitte geborſten und zuſammengeſtuerzt. Man hatte ihn auch die Haube von Erz abgenommen, die auf ſeiner Spizze aufgeſeſſen hatte. Rund um dieſen Obeliſken herum erblikt man eine Menge andrer Obeliſken. Ich habe ſie aber nicht gezaehlt. So viel kann ich ſagen, daſs ſie um die Haelfte oder ein Drittel weniger in der Ausmeſſung halten, als die beiden groeſſen, von denen ich vornehmlich ſprach. Unter dieſen kleinern Obeliſken wird man vielleicht keinen finden, der aus einem Ganzen beſtuende und nicht ſtuekweis zuſammengeſezt waere. Die mehrſten ſind zertruemmert, und blos noch ihre Poſtumente aufrecht zu ſehen.

Et vidi Alexandriæ acus [duas]

Zu Alexandrien ſahe ich auch zween Obe-

juxta littus maris in medio domuum majores hiſce parvis, at duabus majoribus minores.

liſken an der Kueſte des Meers mitten auf dem Damm. Sie waren groeſſer als die ebengedachten kleinen zu Ainſchemes, jedoch nicht ſo groſs als jene beiden groſſen. —

Quod vero ad *Al Bar Abi* in Saide, et narrationes de magnitudine ejus, et firma ejus ſtructura, et forma accurata, mirandiſque ipſius figuris, picturis, ſtatuis lineiſque, una cum ſtructura exactiſſima, et inſolita magnitudine inſtrumentorum et lapidum, captum ſuperant, et notiora ſunt quam ut opus ſit iis deſcribendis diu inſiſtere.

Um nun ein Wort von den Tempeln in Oberegypten zu ſagen, ſo koennte man viel von ihrer Groeſſe und Hoehe, von ihrer dauerhaften und veſten Struktur, von ihrer regelmaeſſigen und bewundernſwerthen Form, wie nicht weniger von den ſeltſamen Geſtalten, Bildern, Figuren und Charakteren, welche ſich darauf befinden, zu erzaehlen, — ueberhaupt auch viel von der Bauart, von den mancherlei beſchwerlichen Werkzeugen, deren man ſich dabei bedient haben muſs, und von den Steinen, die man zu dieſen Bauwerken gebraucht hat, und an Ort und Stelle nicht vorfand, zu ſagen. Allein ſolche Dinge ſind ſo evident, daſs man ſich in der Beſchreibung nicht lange dabei verweilen darf.

Vidi etiam Alexandriæ columnam, *Al Sawari* dictam; eſtque ea columna rubra maculis diſtincta, ex lapidibus duris, marmoreis, magnis, ſummæ craſſitudinis, immenſæ longitudinis: non multum abeſt quin longitudo ejus ſit ſeptuaginta cubitorum, et diameter quinque cubitorum: et ſubter eam eſt baſis magna ipſi proportionata, et ſupra apicem ejus eſt coronis magna, quæ ea concinnitate ſupra eam elevatur, quæ vim multam poſceret in ſcientia [p. 113.] ponderum attollendorum, et in Geo-

Ich komme auf die Saeule El-Sawari, die ich zu Alexandrien geſehen habe. Es iſt ein rother ſprenkligter Pfeiler, der aus einem Stein errichtet worden, welcher dem Baſaltes nichts nachgiebt. Die Saeule iſt ſehr dik und hoch und es fehlt wenig, daſs ihre laenge ſiebzig und ihr Umfang fuenf Ellen betraegt. Sie ruhet auf einem verhaeltniſſmaeſſig groſſen Fuſſgeſtell und hat oben auf ihrer Spizze ein groſſes Kapitael. Das leztere iſt beſonders kuenſtlich und geſchikt gearbeitet und aufgeſezt; indem bekantlich viel Wiſſenſchaft dazu erfordert wird, um dergleichen Laſten in die Hoehe zu ſtapeln, als welches ein Meiſterſtuek der Baukunſt iſt. Ein Freund

metria practica ingenii acumen: narravit enim quidam mihi fide dignus, se ambitum ejus mensuraſſe, et fuiſſe eum 75 ſpithamas, ſpithama viri adulti. Vidi deinde in littore maris unde murum urbis attingit, pluſquam 400 columnas fractas, dimidiatas et tertiatas, quarum lapides ejuſdem erant generis cum columna Al Sawari, inter quas erant quæ ad tertiam aut quartam ejus partem accedebant.

hat mir geſagt daſs er ihren Umkreis bei genauer Auſmeſſung zu fuenf und ſiebzig vollkommnen Spannen befunden haette.—Ich habe auſſerdem an der Kueſte des Meers, in der Naehe der Stadtmauer mehr als vier hundert andre Saeulen geſehen, die zur Haelfte oder zum Drittheil zerbrochen waren. Der dritte oder vierte Theil von ihnen war aus demſelben Stein errichtet, aus welchem die Saeule Elſawari beſteht.

Alexandrini autem univerſi aſſerunt eas omnes circa columnam Al Sawari erectas eſſe; præfectum vero quendam Alexandrinum, cui nomen erat Caraja, qui præfuit ſub Joſepho filio Job, cum cerneret ruinas harum columnarum, et fragmenta earum, ea in littora maris ejecit, opinans fore, ut hoc impetum fluctuum frangeret, cum ad urbem aſcenderent, aut naves hoſtiles prohiberet, ne illuc appellerent. Hoc autem puerile erat, ejuſque qui utile a noxio non diſtinguit. Vidi etiam circa columnam Al Sawari harum columnarum reliquias elegantes, quaſdam integras, quaſdam fractas; et ex ſtatu earum conſtat, eas tecto opertas fuiſſe, columnaſque tectum geſtaſſe. Erat etiam ſupra columnam Al Sawari teſtudo quam illa ſuſtentabat; opinor autem eam porticum fuiſſe in qua diſceptavit

Die Einwohner zu Alexandrien ſagen inſgeſammt, daſs die Saeulen rund um die Saeule El-Sawari herum geſtanden haben. Man erzaehlt auch, daſs einer der Guverneurs von Alexandrien, Namens Karadſhia, welchen Juſſuf Bin Eiub hieher ſezte, dieſe Ruinen, die zur Saeule El-Sawari gehoert haben, weil er ſie nahe bei der Kueſte des Meers liegen ſahe, als Bruchſtuekke der Mauer der Stadt betrachtet habe, die ſich theils von der Gewalt der einreiſenden Meereswogen, theils von feindlichen Schiffen herſchrieben. Allein eigentlich ſind dieſe Ruinen nach und nach entſtanden, und ſchreiben ſich von muthwilliger Behandlung der Knaben und von der Miſshandlung ſolcher Leute her, die das Brauchbare und Nuezliche von dem Unnuezzen und Vergeblichen nicht zu unterſcheiden gelernt haben.—Ich habe auch wirklich rings um die Saeule El-Sawari herum noch viele Ueberbleibſel von jenen Saeulen, von denen ich noch ſpreche, beobachtet. Einige davon waren noch unverſehrt, (wie ſie geweſen waren, da ſie zuſammen ſtuerz-

Ariſtoteles, et ſecta ejus poſt eum; [p. 115.] fuiſſeque eam Scholam quam ſtruxit Alexander, cum urbem ſuam conderet; erat etiam in ea bibliotheca quam combuſſit Amrus filius Al Aſſi permiſſione Omari, cui propitius ſit Deus.

ten) andre waren ſehr zertruemmert. Man konnte noch aus ihrer Beſchaffenheit wahrnehmen, daſs ſie gedaechelt und Saeulen geweſen ſind, welche zur Unterſtuezzung einer Dekke gedient haben. Was die Saeule El-Sawari betrifft, ſo traegt dieſelbe eine Platte. Ich habe ferner den Portikus in Augenſchein genommen, der vor Zeiten des Ariſtoteles und ſeiner Schueler nach ihm, Collegium Academicum *geweſen iſt; auch das* Collegium, *welches Alexander der Groſſe, zugleich mit der Stadt erbauen lieſs, worinnen ſich die groſſe vortrefliche Bibliothek befand, die hernach durch Amru Bin El Az mit Genehmigung des groſſen Omar, welchen Gott begnadige, ein Raub der Flammen geworden iſt.*

Quod vero ad Pharum ejuſque ſtatum, notior eſt quam ut opus ſit eam deſcribere: perhibent autem curioſi, longitudinem ejus eſſe ducentorum quinquaginta cubitorum. Legi etiam in libro nuperorum cujuſdam, ſe columnam cum utraque ſua baſi menſuraſſe, et fuiſſe eam ſexaginta duorum cubitorum cum ſexta parte cubiti; eamque monti impoſitam viginti tria cubita alto, cum dimidio cubiti; ita ut ſumma hujus ſit octoginta quinque cubita et duæ tertiæ cubiti; longitudinem vero baſis inferioris fuiſſe duodecim cubitorum, et longitudinem baſis ſuperioris ſeptem cubitorum et dimidii. Pharum etiam menſuravit, eamque reperit ducentorum et triginta tri-

Ich werde nicht noethig haben, von dem ſo beruehmten Pharos eine Beſchreibung zu geben. Ich laſſe blos etwas von der Aufmeſſung folgen. Leute, die ſich um dergleichen Alterthuemer bekuemmern, ſagen, die Laenge des Pharos betrage zwei hundert und funfzig Ellen. In der Schrift eines Antiquaren habe ich geleſen, daſs er die Saeule, Schaft mit Stuhl und Knauf gemeſſen und ſie zwei und ſechzig Ellen und ein Sechſtel befunden. Der Huegel, worauf die Saeule ſtehet, betraegt nach ſeiner Meſſung drei und zwanzig und eine halbe Elle. So waere demnach die ganze Summe fuenf und achtzig Ellen, und zwei Drittel der Elle. Der Saeulenſtuhl, oder das Fuſsgeſtell hat zwoelf Ellen, und das Kapitael ſieben und eine halbe Elle. Eben dieſer Mann nun, (welcher die Saeule ſo genau gemeſſen und berechnet hat) hat auch den Pharos berechnet. Er hat ihn zwei hundert

um cubitorum. Eſt autem trium tabulatorum; primum tabulatum quadratum eſt, eſtque centum et viginti unius cubitorum; ſecundum tabulatum octangulum eſt, eſtque octoginta et unum cubita longum, cum dimidio cubiti; tertium tabulatum rotundum eſt, et longitudo ejus eſt triginta unius [p. 117.] cubitorum, et dimidii cubiti; et ſupra hoc erat Sacellum, prope decem cubita altum.

und dreiſſig Ellen gefunden. Denn von ſeinen drei Stokwerken betraegt das erſte Stokwerk, welches im Vierek erbaut iſt, hundert und ein und zwanzig Ellen; das zweite, welches achtekkig, ein achtzig und eine halbe; das dritte endlich, welches rund iſt, ein und dreiſſig und eine halbe Elle. Auf dieſem drit- Stokwerk iſt eine Mesdſhied, die ohngefaehr zehn Ellen hoch iſt.

Ex his etiam ſunt monumenta quæ ſunt Meſræ antiquæ; eſtque hæc civitas *Gizæ* paulo ſupra *Phuſtatam*, eſtque *Memphis* quam *Pharaones* incolebant. Fuit autem hæc urbs imperialis regum Ægypti; et eam innuit Excelſus dicto ſuo ad *Moſem* (cui pax,) Et ingreſſus eſt urbem, inopinantibus incolis ejus; et dicto item illo Excelſi, Prodiit ex ea metuens, circumſpiciebatque. Habitatio enim ejus, (cui pax) fuit in pago *Gizæ*, prope urbem dicta *Dammuah:* ſunt etiam in ea hodie Judæorum domus, et pertingunt hodie ruinæ ejus ad dimidii diei iter undiquaque. Incolebatur etiam tempore *Abrahami*, et *Joſephi*, et *Moſis*, (quibus ſit pax) et ante eos (ex permiſſione Dei excelſi) et poſt eos, uſque ad tempus *Bacto Naſſaris*. Hic enim oppida Ægypti vaſtavit, permanſeruntque in

Laſst uns nun diejenigen Denkmaeler in Betrachtung ziehen, welche ſich zu Mizir elkadîma finden. Mizir elkadîma iſt die Stadt nahe Dſhjîſe, der Stadt Foſtât ſchraeg gegenueber. Sie iſt das alte Memphis, worin vor alten Zeiten die Faraonen reſidirt haben, und welche alſo die Hauptſtadt des ganzen Landes war. Auf ſie bezieht ſich Muſa, den Gottes ewiger Friede beſchirmet in ſeinen erhabnen Worte. Er begab ſich in die Stadt zu einer Zeit, da nach demſelben ſeinem erhabnem Worte, die Inwohner in Leichtfertigkeit und Blindheit wie im Todtenſchlafe verſunken waren. Als ein frommer gottesfuerchtiger Mann nahm er ſeinen Stab und ging aus von ihr. Denn die Wohnung des gottſeeligen Mannes war in einem Dorf bei Dſhjîſe, ohnweit der Stadt, Namens Demewe, worinne die Juden noch jezt eine Synagoge haben. Die Entfernung ſeiner nunmehrigen Ruinen (von der Stadt) traegt eine halbe Tagereiſe aus. Vor Zeiten war dieſer Ort nach des Hoechſten Willen ſehr bewohnt, zu den Zeiten Abrahams, naemlich Joſefs, und Moſes, auch vor

excidio ſuo quadraginta annos. Cauſa autem devaſtationis eorum erat, quod eorum rex Judæos, qui in Ægyptum venerant, defenderet, ita ut eos ſubigere non poſſet Bacto Naſſar. Bacto Naſſar vero eum aggreſſus eſt, urbeſque ejus perdidit. Tum poſt hæc venit Alexander, eamque ſubegit, [p. 119.] condiditque in ea Alexandriam, eamque imperii ſedem fecit. Et non deſiit ita ſe habere donec veniret Iſlamiſmus, tumque capta eſt ab Amro filio Al-Aſſi, qui ſedem regni *Phuſtatæ* fixit. Tum venit *Almoaz* ex occidente, et Cahrum condidit, eamque regni ſedem fecit uſque ad diem hodiernum: hoc autem commentario diſtincto memoravimus in libro magno.

ihnen und nach ihnen, bis auf die Zeit des Buchtunazar, welcher vierzig Jahre lang in Egypten wueſtete und die Oerter des Landes verheerte. Die Urſache ſolcher Zerſtoerungſwuth war dieſe. Der egyptiſche Koenig nahm die Juden, weil ſie ſich in ſein Land gefluechtet hatten, gegen dem ſie verfolgenden Buchtunazar in Schuz. Entrueſtet machte ſich Buchtunazar auf, und ſezte den Fluechtlingen bis in ihr Aſylum nach und verwueſtete alle die Oerter, in denen ſie ſich niedergelaſſen hatten. Spaeterhin kam Alexander, der ſich Landes durch die Gewalt ſeiner Waffen bemaechtigte und lieſs die Stadt Alexandrien erbauen. Dieſe machte er (mit Hintanſezzung der alten Reſidenzen) zum Siz des Reichs. Das blieb ſie bis auf die Zeiten des Iſlams. Denn da ward Egypten durch Amru ibn el-Az erobert, und Foſtat zur haupt-und Reſidenzſtadt des ganzen Reichs erkohren. Nachmals kam El-Mueizz aus Afrika, erbaute die Stadt Kahira, erhub dieſe zur Haupſtadt des Reichs. Sie iſt es bis dieſen Tag geblieben. Alles das aber haben wir in dem groeſſern Werke (wovon das gegenwaertige nur Auſzug iſt) umſtaendlicher und heller ins Licht geſezt.

Ut vero ad deſcriptionem *Memphis*, quæ antiqua *Meſra* dicta eſt, revertamur; Quod ad hanc urbem, cum antiqua ætate ſua, licet variæ Sectæ ipſi imperaverint, populique ejus continuo operam darent in delendis monumentis ejus, et obliterandis veſtigiis, et tranſlatione lapidum ejus ſignorumque, et diruendis ædificiis, et perdenda

Laſst uns wieder zur Beſchreibung von Memf (Memphis) einlenken, die den Namen Mizir elkadima fuehrt. Dieſe Stadt, die ehemals ſo groſſen Umfang hatte, die ehrwuerdigſte Stadt im ganzen Alterthum war, welche ſo mancherlei Religions-und Volkſverbindungen gleich groſs und beruehmt gemacht haben, dieſe Stadt iſt beklagenſwuerdig in ihren Ruinen verſunken. Man hat ihre Grundſtaette bis auf die lezte Spur verheert; man

forma ejus; adjiciendo quod in eam poſſint ultra quatuor mille anni; reperies in ea id miraculorum, quod captum fugit intellectus contemplativi, multo magis infra deſcriptionem ejus ſubſiſtet lingua facundus; imo quo magis contempleris, magis miraberis, et quo magis intuearis, magis velis; et quodcunque inde elicias, innuit hoc ſupereſſe aliquid magis adhuc mirandum; [p. 121.] et quodcunque ſcientiæ inde inveſtigaveris, hoc ejuſmodi eſt *ut indicet* eſſe ultra illud majus quiddam. Ex his vero eſt Domus dicta *Domus Viridis*; eſtque ea ſaxum unum, novem cubitos altum, octo longum, ſeptem latum; in cujus medio effoſſa eſt domus, cujus parietum altitudo, tectum, et latitudo ſingula ſunt duorum cubitorum, reliquum autem atrium domus eſt: tota vero extra et intra cœlatur, et effigiatur, et inſcribitur calamo antiquo. Eſt etiam a parte exteriore figura Solis orientis, multæque ſtellarum formæ, orbiumque cœleſtium; formæ item hominum et animalium, variis geſtibus formiſque. Sunt enim quædam ſtantes, quædam ambulantes, et pedes ſuos extendentes, eoſque ordine diſponentes; ſuntque operi ſe accingentes, et inſtrumenta portantes, eaque expedientes. [q.] Indicat autem forma rei exterior innui hic narrationes rerum eximiarum,

